


DAD AUT
CIÓN GEN

1
4






1080020530



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



Al M. Y. Sr. Dignidad
Maestre - Escuelas de la San-
ta Iglesia Metropolitana de
Méjico Lic. D. Emeterio
Valverde Sello en señal
de respeto y estimación

Fr. Rafael Garay

Méjico, 23 de Agosto de 1909



SACERDOS

DEO CELEBRANS

SS. MISSÆ SACRIFICIUM.



Capilla Alfonsoina
Biblioteca Universitaria

44286

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

88564

BU 2230

1/4

1902



FONDO ENERGÉTICO
VALVERDE Y TELLEZ



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

BIBLIOTECA VALVERDE Y TELLEZ

883AA

SACERDOS

DEVOTE CELEBRANS

SS. MISSÆ SACRIFICIUM

PRECES ET MEDITATIONES ANTE ET POST OBLATIONEM
SS. SACRIFICII MISSÆ, QUAS EX VARIIS PROBatis-
SIMIS AUCTORIBUS COLLEGIT, ET IN SINGULOS
DIES MENSIS DISTRIBUIT

P. F. ARCHANGELUS VENORICKX,

ORDINIS FRATRUM MINORUM RECOLLECTORUM BELGI.

EDITIO TERTIA

aucta et meliori ordine disposita.



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
BIBLIOTECA VALVERDE Y TELLEZ

MECHLINIAE.

H. DESSAIN,

SUMMI PONTIFICIS, SS. CONGREGATIONUM RITUUM ET DE PROPAGANDA FIDE
NECROS ARCHIEP. MECHL. TYPOGRAPHUS

M. GM.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
BIBLIOTECA VALVERDE Y TELLEZ

APPROBATIONES

PRIMA EDITIONIS.

Præsens opusculum, cui titulus: Sacerdos devote celebrans, juxta decretum Concilii Tridentini De editione librorum a duobus Theologis nostre Provincie examinatum et approbatum, accende Ordinarii licentia, imprimi poterit.

Datum Mechlinia in Conventu FF. Min. Recoll. die 30 Decembris 1863.

Fr. Bernardus Van Loo, Min. Prov.

ALERE FLAMMAM IN VERITATE

Imprimatur.

Mechlinia 6 Januarii 1866.

J. B. VAN HEMEL, VIC. GEN.

APPROBATIONES

NOVA EDITIONIS.

Opus cui titulus Sacerdos devote celebrans, ab A. R. P. Fr. Archangelo Vendrickx, Exprovinciali, compositum, noviter auctum et meliori ordine dispositum, servatis servandis, iterum typis mandari libentissime permittimus et omnibus Religiose nostre Provincie Sacerdotibus enixe commendamus.

Datum Mechlinia in Conventu FF. Min. Recoll. die 22 Decembris 1881.

Fr. Victorinus Cartuyvels, Min. Prov.

Imprimatur.

Mechlinia, 25 Decembris 1881.

P. C. C. BOGAERTS, VIC. GEN.

Reimprimatur.

Mechlinia in Conventu Fratrum Min. die 8 Septembris 1899.

Fr. Venantius Jansen, Min. Prov.

Reimprimatur.

Mechlinia, 9 Septembris 1899.

H. J. DE CLERCK, VIC. GEN.

— 3 —

VENERABILIBUS

CHRISTI-DOMINI

SACERDOTIBUS.

Prima inter omnes functiones sacerdotales procaldubio est augustissimi Sacrificii Missæ oblatio, in qua Christus Dominus, verus Deus et Homo, cum Corpore et Sanguine, cum Anima et Divinitate vere adest; in cuius conspectu tremebundi assistunt angeli, provolvuntur throni et quem tota coelestis supplex adorat curia; proin primaria Sacerdotis occupatio, quinimo et tota ejus vita, circa hujus sanctissimi Sacrificii contemplationem præcipue oportet versari, sive sese præparando ad illud per sedulas preces, sive pro eo peracto fervidas gratias agendo. Gratium ergo vobis fore confido, Venerabiles Sacerdotes, præsens hoc opusculum, in quo pulcherrimas orationes et meditationes ex variis piis libellis desumptas, in singulos mensis Bona, si quis assueverit, a distractionibus præservari. Deique amore facile poterit succendi. Libelli porro illi sunt: *Cardinalis Bona Tractatus asceticus* — *Memoriale vita Sacerdotalis*. — *Vade mecum piorum Sacerdotum*, *Vesunione 1826*. — *Via Franciscana*, *Campidonice 1772*. — *Modus pie et devote celebrandi* R. P. Justinelli, *Colonia 1724* — *Enchiridion piarum precum* M. S. Verepaei, *Antwerpia 1576* — *Veni mecum piorum Sacerdotum*, *Venetis 1804* — *Preces ante et post Missam*, *Mechlinia 1826*. — *Methodus pie et devote celebrandi*, *Mechlinia 1747*. — *et Dies Sacerdotalis* R. P. Auselmi Van Esch *M. C. Luxemburgi 1759*.

Precibus his tum ante tum post Missam præfixi MEDIATIONES DE PRÆCIPUIS IESU-CHRISTI IN EUCHARISTIA QUAE-

APPROBATIONES

PRIMA EDITIONIS.

Præsens opusculum, cui titulus: Sacerdos devote celebrans, juxta decretum Concilii Tridentini De editione librorum a duobus Theologis nostre Provincie examinatum et approbatum, accende Ordinarii licentia, imprimi poterit.

Datum Mechlinia in Conventu FF. Min. Recoll. die 30 Decembris 1863.

Fr. Bernardus Van Loo, Min. Prov.

ALERE FLAMMAM IN VERITATE

Imprimatur.

Mechlinia 6 Januarii 1866.

J. B. VAN HEMEL, VIC. GEN.

APPROBATIONES

NOVA EDITIONIS.

Opus cui titulus Sacerdos devote celebrans, ab A. R. P. Fr. Archangelo Vendrickx, Exprovinciali, compositum, noviter auctum et meliori ordine dispositum, servatis servandis, iterum typis mandari libentissime permittimus et omnibus Religiose nostre Provincie Sacerdotibus enixe commendamus.

Datum Mechlinia in Conventu FF. Min. Recoll. die 22 Decembris 1881.

Fr. Victorinus Cartuyvels, Min. Prov.

Imprimatur.

Mechlinia, 25 Decembris 1881.

P. C. C. BOGAERTS, VIC. GEN.

Reimprimatur.

Mechlinia in Conventu Fratrum Min. die 8 Septembris 1899.

Fr. Venantius Jansen, Min. Prov.

Reimprimatur.

Mechlinia, 9 Septembris 1899.

H. J. DE CLERCK, VIC. GEN.

— 5 —

VENERABILIBUS

CHRISTI-DOMINI

SACERDOTIBUS.

Prima inter omnes functiones sacerdotales procaldubio est augustissimi Sacrificii Missæ oblatio, in qua Christus Dominus, verus Deus et Homo, cum Corpore et Sanguine, cum Anima et Divinitate vere adest; in cuius conspectu tremebundi assistunt angeli, provolvuntur throni et quem tota coelestis supplex adorat curia; proin primaria Sacerdotis occupatio, quinimo et tota ejus vita, circa hujus sanctissimi Sacrificii contemplationem præcipue oportet versari, sive sese præparando ad illud per sedulas preces, sive pro eo peracto fervidas gratias agendo. Gratium ergo vobis fore confido, Venerabiles Sacerdotes, præsens hoc opusculum, in quo pulcherrimas orationes et meditationes ex variis piis libellis desumptas, in singulos mensis Bona, si quis assueverit, a distractionibus præservari. Deique amore facile poterit succendi. Libelli porro illi sunt: *Cardinalis Bona Tractatus asceticus* — *Memoriale vita Sacerdotalis*. — *Vade mecum piorum Sacerdotum*, *Vesunione 1826*. — *Via Franciscana*, *Campidonice 1772*. — *Modus pie et devote celebrandi* R. P. Justinelli, *Colonia 1724* — *Enchiridion piarum precum* M. S. Verepaei, *Antwerpiae 1576* — *Veni mecum piorum Sacerdotum*, *Venetis 1804* — *Preces ante et post Missam*, *Mechliniae 1826*. — *Methodus pie et devote celebrandi*, *Mechliniae 1747*. — *et Dies Sacerdotalis* R. P. Auselmi Van Esch *M. C. Luxemburgi 1759*.

Precibus his tum ante tum post Missam præfixi MEDIATIONES DE PRÆCIPUIS IESU-CHRISTI IN EUCHARISTIA QUÆ-

LITATIBUS, *juxta exemplar Ipris impressum anno 1781.*
Tandem subjunxi Orationes ad B. M. Virginem, progre-
dientes juxta ordinem Litaniarum Lauretanarum, uti et
invocationes ad S. Angelum Custodem et Sanctos quarum
usum, ante et post Missam, ascetae plurimum commen-
dant.

His ergo utimini, Venerabiles Sacerdotes, et mei in
Sacrificiis vestris dignemini esse memores.

Hæc scribelim in capite Prima Editionis : nunc autem
addendum iudico, hanc Alteram Editionem auctam et
meliori ordine esse dispositam. Meditationes siquidem
prædictas pro facilitate illorum, qui libenter his quam
precibus vocalibus utuntur, ad calcem libri posui; multas
breves, que sive ante sive post Missam in priore editione
desiderabantur, addidi. Orationes ad B. M. Virginem et
ad Sanctos amplificavi, et Precibus preparatoriis prefixi
unam alteramve sententiam sanctorum Patrum de Excel-
lentia Sacrificii Missæ aut de Eminentia dignitatis Sacer-
dotalis, que celebrantem ad devotionem excitare poterunt.

SUMMUS SACERDOS

CHRISTUS-JESUS

AD SACERDOTES.

Piscatores hominum, sacerdotes mei,
Praecones veridici, lucerna diet,
Charitatis radio fulgentes et spei,
Auribus percipite verba oris mei,

Vos in sanctuario mihi deservitis,
Vos vocavi palmites, ego vera vitis,
Cavete ne steriles aut inanes sitis,
Si mecum perpetuo vivere velitis.

Vos estis Catholice legis protectores,
Sal terre, lux hominum, ovium pastores,
Muri domus Israhel, morum correctores,
Vigiles Ecclesie, gentium doctores.

Si legis protectio cadat, lex labetur,
Si sal evanuerit, in quo salietur ?
Nisi lux appareat, via nescietur ;
Et ni pastor vigilet, ovile frangetur.

Vos coepistis vineam meam procurare,
Hanc doctrinæ rivulis debetis rigare,
Spinas atque tribulos prorsus extirpare,
Ut radices fidei possit germinare.

Vos estis in area boves triturantes,
Prudenter a palea grana separantes,
Vos habent pro speculo legem ignorantes
Populi, qui fragiles sunt et inconstantes.

Quidquid vident laici vobis displicere,
Dicent procul dubio sibi non licere ;
Et quidquid vos opere vident adimplere,
Credunt esse licitum et culpa carere.

Cum pastores ovium sitis constituti,

Non estote desides, sicut canes muti,
Vobis non deficiant latratus acuti ;
Lupus rapax invidet ovium saluti.
Grex fideliis triplici cibo sustentetur ;
Meo sacro corpore, quo grex adaugetur :
Sermonis compendio, quod discrete detur ;
Ciboque corporeo, ne periclitetur.
Ovibus tenemini vestris praedicare ;
Sed quid, quibus, qualiter, ubi, quando, quare,
Debetis sollicite praeconsiderare ;
Ne quis in officio dicat vos errare.
Vestra conversatio sit religiosa,
Munda conscientia, vita virtuosa,
Regularis habitus, mensque gratiosa,
Nulla vos coquinet labes criminosas.
Templum vestrum niteat semper venerandum ;
Sit in Tabernaculo mei adorandum
Sacramentum Corporis, luce luminandum,
Paratum Vaticum aegris ministraudum.
Nullus fastus elevet ad id quod non estis,
Gravis in intuitu habitus sit testis,
Nil vos illaqueet curis dishonestis,
Quibus claves tradite sunt regni coelestis.
Estote breviloqui, ne vos ad reatum
Pertrahat loquacitas, nutrix vanitatum
Verbum quod loquimini, sit abbreviatum ;
Nam in multiloquio non deest peccatum.
Estote benevoli, sobri, prudentes,
Justi, casti, simplices, pii, patientes,
Hospitales, humiles, subditos docentes,
Consolantes miseros, pravos corrigentes.
Quod si sic gesseritis curam pastorem,
Vereque vixeritis vitam spiritalem,
Postquam exueritis chlamydem carnalem,
Ipse vobis conferam stolam immortalem.

O Sacerdos ! quis es tu ?
Non es a te, quia de nihilo.
Non es ad te, quia mediator ad Deum.
Non es tibi, quia sponsus Ecclesiae.
Non es tui, quia servus omnium.
Non es tu, quia Deus es.
Quid ergo es ? nihil et omnia !

O Sacerdos !



Timendum est, inquit piissimus Thomas-a-Kempis, quod multi ideo parvum fructum accipiant de mensa Christi, quia nec ante nec postea sunt in sufficienti custodia sui; nec satis reverenter præ cogitant, quis est, qui venturus est, nec postea ruminant, quia hodie *Sanctus Sanctorum* ingressus est ad eos. Lib. de sil. § 25.

ALERE FLAMMAM

« Volumus » ait Illustrissimus Archiepiscopus Mechliniensis Humbertus-Guilielmus a Preepiano in sua gravissima et elegantissima Epistola Pastorali anni 1700, « Volumus, ut Sacerdotes omnes peracta Missa, nisi forte velox charitas, aliave res gravis momenti, que moram non fert, eos alio avocet, aliquamdiu pro summi beneficii munere Deo gratias agant vel in sacrario vel etiam in ipso templo. Quippe laici, qui hac in parte plerumque religiosiores videntur esse, non leviter scandalizantur, quando vident Sacerdotes, peracto sacrificio continuo in plateas prodire, neque adeo, sicut debent, imitatores esse apostolorum, utpote qui e coenaculo ubi divino illo Eucharistiae epulo recreati fuerant, non ante quam hymno dicto, exierunt in montem Oliveti. Solus proditor Judas, iste filius perditionis, ante exivit et introiverat in eum satanas. Talem habent Sacerdotes isti præ properi sui post Eucharistiam perceptam discessus ducem et auctorem. »

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PRÆPARATIO AD MISSAM

PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA,

EX MISSALI ROMANO.

Aña. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris. Tempore Paschali additur Alleluia. Hæc antiphona in festis duplicitibus duplicatur.

Psalmus LXXXIII.

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum : concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. Cor meum et caro mea, exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum ; et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Domine virtutum ; Rex meus et Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua, Domine : in secula saeculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te : ascensiones in corde suo dispositus, in valle lacrymarum, in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem ; videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam : auribus percipe, Deus Jacob.

Protector noster aspice, Deus ; et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atris tuis, super
millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei ; magis quam
habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit Deus ;
gratiam et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia :
Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.
Gloria Patri, etc.

Psalmus LXXXIV.

Benedixisti Domine terram tuam : avertisti capti-
vitatem Jacob.

Remisisti iniuriam plebis tuae ; operuisti omnia
peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam : avertisti ab ira in-
dignationis tuae.

Converte nos, Deus salutaris noster : et averte
iram tuam a nobis.

Numquid in æternum irasceris nobis ; aut exten-
des iram tuam a generatione in generationem ?

Deus, tu conversus vivificabis nos : et plebs tun-
lætabitur in te.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam ; et
salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus : quo-
niam loqueret pacem in piebem suam.

Et super sanctos tuos : et in eos qui convertuntur
ad cor.

Verumtamen proptimentes eum salutare ipsius :
ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia et veritas obviaverunt sibi : justitia
et pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est : et justitia de celo pro-
spexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem : et terra
nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit : et ponet in via gres-
sus suos.

Gloria Patri, etc.

Psalmus LXXXV.

Inclina, Domine, aurem tuam et exaudi me : quo-
niam inops et pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum :
salvum fac servum tuum, Deus meus sperantem
in te.

Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota
die : lætifica animam servi tui, quoniam ad te, Do-
mine, animam meam levavi.

Quoniam tu, Domine, suavis et mitis, et multæ
misericordiae omnibus invocantibus te.

Auribus percipe, Domine, orationem meam : et
intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamavi ad te : quia
exaudisti me.

Non est similis tui in diis, Domine : et non est
secundum opera tua.

Omnes gentes quascumque fecisti venient, et ado-
rabunt coram te Domine : et glorificabunt nomen
tuum.

Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia : tu
es Deus solus.

Deduc me, Domine, in via tua et ingrediar in ve-
ritate tua : lætetur cor meum, ut timeat nomen
tuum.

Confitebor tibi, Domine, Deus meus, in toto corde
meo, et glorifieabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me : et
eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me : et synagoga potentium quæsierunt animam meam, et non posuerunt te in conspectu suo.

Et tu, Domine Deus, miserator et misericors : patiens et multæ misericordiæ et verax.

Respic in me et miserere mei, da imperium tuum pueru tuo ; et salvum fac filium ancillæ tue.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, et confundantur : quoniam tu, Domine, adjuvisti me et consolatus es me.

Gloria Patri, etc.

Psalmus CXV.

Credidi, propter quod locutus sum : ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo : Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino : pro omnibus que retribuit mihi ?

Calicem salutaris accipiam : et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus tuus ; ego servus tuus et filius ancillæ tuae.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis ; et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus : in atris domus Domini, in medio tui Ierusalem.

Gloria Patri, etc.

Psalmus CXXIX.

De profundis clamavi ad te, Domine : Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentæ : in vocem deprecationis meæ.

Si iniuriantes observaveris, Domine : Domine quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est : et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus : speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia : et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, ex omnibus iniuriantibus ejus.

Gloria Patri, etc.

Deinde repetitur Antiphona :

Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Tempore Paschali additur : Alleluia.

Deinde Sacerdos dicit :

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

y. Et ne nos inducas in temptationem.

n. Sed libera nos a malo.

y. Ego dixi : Domine miserere mei.

n. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

y. Convertere, Domine, aliquantulum.

n. Et deprecare super servos tuos.

y. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.

n. Quemadmodum speravimus in te.

y. Sacerdotes tui induantur justitiam.

n. Et sancti tui exultent.

y. Ab occultis meis munda me, Domine.

- v. Et ab alienis parce servo tuo.
y. Domine, exaudi orationem meam.
v. Et clamor meus ad te veniat.
y. Dominus vobiscum.
v. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Aures tue pietas, mitissime Deus, inclina precibus nostris; et gratia Sancti Spiritus illumina cor nostrum, ut tuis mysteriis digne ministrare, teque aeterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet et omnia voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem Sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfecte diligere et digne laudare mereamur.

Ure igne Sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore serviamus et mundo corde placeamus.

Mentes nostras quæsumus Domine, Paraclytus, qui a te procedit, illuminet; et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus Sancti, quæ et corda nostra clementer expurget et ab omnibus tueatur adversis.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quæsumus Domine, visitando purifica: ut veniens Dominus noster Jesus-Christus, Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem: Qui tecum vivit et regnat, in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula saeculorum. Amen.

ORATIONES

PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS ANTE CELEBRATIONEM DICENDE.

Oratio Sancti Ambrosii Episcop.

Die Dominicæ.

Summe Sacerdos et vere Pontifex, Jesu-Christe, qui te obtulisti Deo Patri hostiam puram et immaculatam in ara Crucis pro nobis miseris et peccatoribus, et qui dedisti nobis Carnem tuam ad manducandum et Sanguinem tuum ad bibendum, et posuisti mysterium istud in virtute Spiritus Sancti tui, dicens: Hæc quotiescumque feceritis, in mei memorialem facietis. Rogo per eundem Sanguinem tuum, magnum salutis nostræ pretium: rogo per hanc miram et ineffabilem charitatem, qua nos miseros et indignos sic amare dignatus es, ut lavares nos a peccatis nostris in Sanguine tuo. Doce me servum tuum indignum, quem inter cetera dona tua etiam ad officium Sacerdotale vocare dignatus es. nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordia tua: doce me, quæso, per Spiritum Sanctum tuum, tantum tractare mysterium ea reverentia et honore, ea devotione et timore, quibus oportet et decet. Fac me per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere et intelligere, sentire et firmiter tenere, dicere et cogitare, quod tibi placet et expedit animæ meæ. Intret Spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, et sine strepitu verborum loquatur omnem veritatem. Profunda quippe sunt nimis et sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi missarum solemnia mundo

corde et pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis et nefandis, vanis et noxiis cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia et fida custodia ac tutela fortissima, ut hostes omnium bonorum confusi discedant. Per virtutem tanti mysterii, et per manum sancti Angeli tui, repelle a me et a cunctis servis tuis durissimum spiritum superbiam et cœnodoxiam, invidiam et blasphemiam, fornicationis et immunditiam, dubietatis et diffidentiam. Confundantur qui nos persequuntur: pereant illi qui nos perdere festinant.

Feria II.

Rex virginum et amator castitatis et integritatis, celesti rore benedictionis tue extingue in corpore meo fomitem ardoris libidinis, ut maneat in me tenor castitatis corporis et anime. Mortifica in membris meis carnis stimulos omnesque libidinosas commotiones et da mihi veram et perpetuam castitatem cum ceteris donis tuis, quæ tibi placent in veritate, ut sacrificium laudis casto corpore et mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione et lacrymarum fonte, quanta reverentia et tremore, quanta corporis castitate et animæ puritate istud divinum et cœleste Sacrificium est celebrandum, ubi Caro tua in veritate sumitur, ubi Sanguis tuus in veritate bibitur, ubi ima summis, terrena divinis junguntur, ubi adest sanctorum Angelorum præsencia, ubi tu es Sacrificium et Sacerdos mirabiliter et ineffabiliter constitutus!

Feria III.

Quis digne hoc Sacrificium celebrare poterit, nisi tu, Deus omnipotens, offerentem feceris dignum? Scio, Domine, et vere scio, et idipsum pietati tuae

confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea et infinitas negligentias meas. Sed scio, et veraciter ex toto corde meo credo, et ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, et de peccatoribus justos et sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, Deus meus, ut concedas mihi peccatori hoc Sacrificium celebrare cum timore et tremore, cum cordis puritate et lacrymarum fonte, cum lætitia spirituali et cœlesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissime præsentiae tuae et excubias sanctorum angelorum tuorum in circuitu meo.

Feria IV.

Ego enim, Domine, memor venerandæ Passionis tue, accedo ad Altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi Sacrificium, quod tu instituisti et offerri precepisti in commemorationem tui pro salute nostra. Suscipe illud, quæso, summe Deus, pro Ecclesia sancta tua et pro populo quem acquisivisti Sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te et eumdem populum tuum medium esse voluisti, licet in me aliquod boni operis testimonium non agnoscas, officium saltem dispensationis credita non recuses, nec per me indignum eorum salutis pereat pretium, pro quibus victima salutaris dignatus es esse, et redemptio. Profero etiam Domine (si digneris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captivorum gemitus, miseras orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum, suspiria juvenum, vota virginum, lamenta viduarum.

Feria V.

Tu enim misereris omnium, Domine, et nihil odi-
sti eorum quae fecisti. Memorare quæ sit nostra sub-
stantia, quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster
es; ne irascaris satis, neque multititudinem viscerum
tuorum super nos contineas. Non enim in justifica-
tionibus nostris prosternimus preces ante faciem
tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a
nobis iniquitates nostras, et ignem Sancti Spir-
itus in nobis clementer accende. Aufer cor lapi-
deum de carne nostra, et da nobis cor carneum quod
te amet, te diligit, in te delectetur, te sequatur, te
perfruatur. Oramus, Domine, clementiam tuam, ut
sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officia
præstolantem, aspicere digneris; et ut nullius sit
irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis
preces suggere, quas ipse propitiis audire et exau-
dere delecteris.

Feria VI.

Rogamus etiam te, Domine, Sancte Pater, et pro
spiritibus fidelium defunctorum, ut sit illis salus,
sanitas, gaudium et refrigerium hoc magnum pietatis
Sacramentum. Domine, Deus meus, sit illis hodie
magnum et plenum convivium de te, Pane vivo, qui
de cœlo descendisti, et das vitam mundo, de tua
Carne sancta et benedicta, Agni videlicet immacu-
lati qui tollis peccata mundi, quæ de sancto et glo-
rioso Beate Virginis Mariæ utero est assumpta et
de Spiritu Sancto concepta; ac de illo pietatis fonte,
qui per lanceam militis ex tuo sacerissimo latere
emanavit, ut, exinde refecti et satiati, refrigerari et
consolari, exultent in laude et gloria tua. Peto cle-
mentiam tuam, Domine, ut descendat super Panem

tibi sacrificeandum plenitudo tue benedictionis et
sanctificatio tue Divinitatis. Descendat etiam, Do-
mine, illa Sancti Spiritus tui invisibilis incompre-
hensibilisque majestas, sicut quondam in Patrum
hostias descendebat, qui et oblationes nostras Cor-
pus et Sanguinem tuum efficiat, et me indignum
Sacerdotem doceat tantum tractare mysterium cum
cordis puritate et lacrymarum devotione, cum rever-
entia et tremore, ita ut placide ac benigne susci-
pias Sacrificium de manibus meis ad salutem om-
nium tam vivorum quam defunctorum.

Sabbato.

Rogo etiam te, Domine, per ipsum sacrosanctum
mysterium Corporis et Sanguinis tui, quo quotidie
in Ecclesia tua pascimur et potamur, abluimur et
sanctificamur, atque unius summæ Divinitatis parti-
cipes efficiamur, da mihi virtutes tuas sanctas, quibus
repletus, bona conscientia ad Altare tuum accedam;
ita ut hæc coelestia Sacraenta efficiantur mihi salus
et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto:
« Panis, quem ego dabo, Caro mea est pro mundi vita.
Ego sum Panis vivus, qui de cœlo descendit. Si quis
manducaverit ex hoc Pane, vivet in æternum. » Panis
duleissime, sana palatum cordis mei, utsentiam sua-
ritatem amoris tui: sana illud ab omni languore, ut
nullam præter te sentiam dulcedinem. Panis candi-
dissime, habens omne delectamentum et omnem sa-
porem, qui nos semper reficiat et numquam in te defi-
cis: comedat te cor meum, et dulcedine saporis tui
repleantur viscera animæ meæ. Manducat te Angelus
ore pleno, manducet te peregrinus homo pro modulo
suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico.
Panis sancte, Panis vive, Panis munde, qui descen-
disti de cœlo, et das vitam mundo, veni in cor meum,

et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. Intra in animam meam, sana et munda me interiorius et exteriorius. Esto tu tamen et continua salus animae et corporis mei. Repelle a me insidiantes mihi hostes: recedant procul a praesentia potentiae tue, ut, foris et intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perveniam, ubi non in mysteriis, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo et Patri, et eris Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te satabis satietate mirifica, ita ut nec esuriam nec sitiām in æternū: Qui cum eodem Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio S. Bonaventurae.

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Iesu Christe, ego peccator de propriis meis meritis nihil presumens, sed de tua confidens misericordia et bonitate accedere vereor et contremisco: nam cor et corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem et linguam non caute custoditam. Ergo, o pius Deitas! o tremenda Majestas! ego miser, inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiae recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio; et quem Judicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi, Domine, plagas meas ostendo, tibi reverendiam meam detego; scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo: spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiae tue, Domine Iesu-Christe, Rex æternus, Deus et Homo, crucifixus propter hominem: exaudi me sperantem in te, miserere mei pleni mysteriis et peccatis; tu qui fontem miserationis numquam manu cessabis. Salve salutaris Victima, pro

me et omnium humano genere in patibulo Crucis oblata. Salve nobilis et pretiosa Sanguis, de vulneribus Crucifixi Domini mei Iesu-Christi profuens et peccata totius mundi abluiens. Recordare, Domine, creaturæ tuæ, quam tuo Sanguine redemisti. Poenitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me clementissime Pater, omnes iniquitates et peccata mea, ut purificatus mente et corpore, digne degustare merear Sancta Sanctorum, et concede ut haec sancta prælibatio Corporis et Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia; animæ quoque et corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tutio. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

Omnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum Unigeniti Filii tui, Domini nostri Iesu Christi: accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ: immundus ad fontem misericordiae; cæcus ad lumen claritatis aternæ; pauper et egenus ad Dominum cœli et terræ. Rogo ergo immense largitatis tue abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare foeditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem, ut Panem Angelorum, Regem regum et Dominum dominantium tanta suscipiam reverentia et humilitate, tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide, tali proposito et intentione, sicut expedit saluti animæ mee. Da mihi, quæso, Dominicæ Corporis et Sanguinis non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem et virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi Corpus Unigeniti Filii tui,

Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari et inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facile perpetuo contemplari: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

*His precibus Missalis Romani utiliter
sequentes addi poterunt.*

Ego volo celebrare Missam et confidere Corpus et Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, juxta ritum sancte Romanae Ecclesie ad laudem omnipotentis Dei totiusque curie triumphantis, ad utilitatem meam totiusque curie militantis; pro omnibus, qui se commendaverunt orationibus meis, in genere et in specie ac pro felici statu sanctae Romanæ Ecclesie. Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitæ, spatium veræ poenitentia, gratiam et consolationem Sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Gregorius XIII concessit indulgentiam 50 annorum cuilibet Sacerdoti predictam orationem ante Missam recitanti. Illi orationi adfunxi potest Cardinalis Baronii, aliorumque Virorum, sanctitate eminentia, devota praxis, in hunc modum:

Ego volo in hac Missa ex peculiari intentione, sumere Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum per modum Viatici; ea scilicet mente, ut, si mors ex improviso mihi accideret, Divino precepto de hoc Sacramento in fine vita sumendo, a me foret satisfactum. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Memento vivorum.

1. Memento, Domine, mei, exprimat hic Sacerdos gratas et beneficia, que per Sanctum Sacrificium consequi intendit.)
2. Memento parentum meorum et amicorum viventium (Exprimi hic poterunt pater, mater, fratres, sorores, consanguinei, affines et amici celebrantis.)
3. Omnium benefactorum in spiritualibus et temporalibus.
4. Omnium mihi commissorum in genere et in specie.
5. Omnium Sacerdotum et Ministrorum Ecclesie.
6. Omnium inimicorum meorum et eorum quibus fui occasio peccati.
7. Omnium haereticorum et infidelium ad conversionem.
8. Omnium, qui se commendarunt precibus meis, et omnium pro quibus sis et vis me debere orare.

Memento mortuorum.

1. Memento etiam, Domine, animarum parentum meorum defunctorum. (Exprimantur ut supra.)
2. Amicorum defunctorum.
3. Defunctorum benefactorum.
4. Defunctorum inimicorum.
5. Eorum defanctorum, quibus fui occasio peccati.
6. Eorum defunctorum, qui meis precibus sunt commendati.
7. Tandem illorum defunctorum pro quibus teneo et vis me orare, et orationibus meis praे cæteris indigent.

Oratio ad B. V. Mariam.

O mater pietatis et misericordiae, beatissima Virgo Maria, ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affectu; et precor pietatem tuam, ut,

sicut dulcissimo Filio tuo in Cruce pendenti adstisti, ita et mihi misero peccatori et Sacerdotibus omnibus hic et in tota sancta Ecclesia hodie offerentibus clementer assistere digneris; ut, tua gratia adjuti, dignam et acceptabilem hostiam in conspectu summae et individuae Trinitatis offerre valeamus.

Oratio ad S. Joseph.

Cum indulgentia 4 anni concessa a Pio VII.

O felicem virum, beatum Joseph, cui datum est Deum, quem multi reges voluerunt videre et non viderunt, audire et non audierunt, non solum videre etaudire, sed portare, deosculari, vestire et custodire.

V. Ora pro nobis, beate Joseph. R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus

Deus, qui dedisti nobis regale Sacerdotium, praesta quiescumus, ut sicut beatus Joseph, unigenitum Filium tuum, natum ex Maria Virgine, suis manibus reverenter tractare merit et portare: ita nos facias, cum cordis munditia et operis innocentia tuis sanctis Altaribus deservire; ut, sacrosanctum Filii tui Corpus et Sanguinem hodie digne sumamus, et in futuro saeculo praemium habere mereamur aeternum. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio ad Sanctum

Cujus eo die Missa legitur.

O Sancte N. ecce ego miser peccator de tuis meritis confisus, offero nunc sacratissimum Sacramen-

tum Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi, pro tuo honore et gloria. Precor te humiliter et devote, ut pro me hodie intercedere digneris, ut tantum Sacrificium digne et acceptabiliter offerre valeam, ut eum tecum, et cum omnibus electis ejus, aeternaliter laudare atque cum eo regnare valeam: Qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

ORATIONES

DICENDE CUM SACERDOS INDUITUR

SACERDOTALIBUS PARAMENTIS.

Cum lavat manus, dicat:

Da, Domine, virtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam: ut sine pollutione mentis et corporis valeam tibi servire.

Ad Amictum, dum ponitur super caput dicat:

Impone, Domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursum.

Ad Albam, cum ea induitur:

Dealba me, Domine, et munda cor meum: ut in sanguine Agni dealbatus, gaudis perfruar semper tenuis.

Ad Cingulum, dum se cingit:

Præcinge me, Domine, cingulo puritatis, et extingue in lumbis meis humorem libidinis: ut maneat in me virtus continentiae et castitatis.

Ad manipulum, dum imponitur brachio sinistro :

Merear, Domine, portare manipulum fletus et doloris : ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad stolam, dum imponitur collo :

Redde mihi, Domine, stolam immortalitatis, quam perdidì in prevaricatione primi parentis : et quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

Ad casulam, cum assumitur :

Domine, qui dixisti : Jugum meum suave est et onus meum leve : fac, ut istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.



GRATIARUM ACTIO

POST MISSAM.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum. Tempore Paschali. Alleluia. Hæc antiphona in duplicitibus duplicatur.

Canticum trium Puerorum.

Benedicite omnia opera Domini Domino ; laudate et superexalte eum in sœcula.

Benedicite angeli Domini, Domino : benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super celosunt Domino : benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol et luna Domino : benedicite stellæ cœli Domino.

Benedicite omnis imber et ros Domino : benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis et æstus Domino : benedicite frigus et æstus Domino.

Benedicite rores et pruina Domino : benedicite gelu et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino : benedicite noctes et dies Domino.

Benedicite lux et tenebrae Domino : benedicite fulgura et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum : laudet et superexalte eum in sœcula.

Benedicite montes et colles Domino : benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino : benedicite maria et flumina Domino.

Ad manipulum, dum imponitur brachio sinistro :

Merear, Domine, portare manipulum fletus et doloris : ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad stolam, dum imponitur collo :

Redde mihi, Domine, stolam immortalitatis, quam perdidì in prevaricatione primi parentis : et quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

Ad casulam, cum assumitur :

Domine, qui dixisti : Jugum meum suave est et onus meum leve : fac, ut istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.



GRATIARUM ACTIO

POST MISSAM.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum. Tempore Paschali. Alleluia. Hæc antiphona in duplicitibus duplicatur.

Canticum trium Puerorum.

Benedicite omnia opera Domini Domino ; laudate et superexalte eum in sœcula.

Benedicite angeli Domini, Domino : benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super celosunt Domino : benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol et luna Domino : benedicite stellæ cœli Domino.

Benedicite omnis imber et ros Domino : benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis et æstus Domino : benedicite frigus et æstus Domino.

Benedicite rores et pruina Domino : benedicite gelu et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino : benedicite noctes et dies Domino.

Benedicite lux et tenebrae Domino : benedicite fulgura et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum : laudet et superexalte eum in sœcula.

Benedicite montes et colles Domino : benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino : benedicite maria et flumina Domino.

Benedicite cete et omnia quæ moventur in aquis
Domino : benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestias et pecora Domino : bene-
dicite filii hominum Domino.

Benedicat Israël Dominum : laudet et superexalte-
tet eum in sœcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino : benedicite
servi Domini Domino.

Benedicite spiritus et animæ justorum Domino :
benedicite sancti et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino : laudate
et superexaltate eum in sœcula.

Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spi-
ritu : laudemus et superexaltemus eum in sœcula.

Benedictus es, Domine, in firmamento cœli : et
laudabilis et gloriosus et superexaltatus in sœcula.

Psalmus CL.

Laudate Dominum in Sanctis ejus : laudate eum in
firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : laudate eum se-
cundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tube : laudate eum in psal-
terio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro : laudate eum
in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate
eum in cymbalis jubilationis, omnis spiritus laudet
Dominum.

Gloria Patri, etc.

Repetitur Antiphona. Trium puerorum, etc.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater
noster, etc.

¶. Et ne nos inducas in tentationem. ¶. Sed libera
nos a malo.

¶. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua.

R. Et Sancti tui benedicant tibi.

¶. Exultabunt Sancti in gloria. R. Lætabuntur in
cubilibus suis.

¶. Non nobis, Domine, non nobis. ¶. Sed nomini
tuo da gloriam.

¶. Domine, exaudi orationem meam. R. Et clamor
meus ad te veniat.

¶. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.
Oremus.

Deus, qui tribus Pueris mitigasti flamas ignium,
concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat
flamma vitiorum.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando
præveni et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra
oratio et operatio a te semper incipiat, et per te ce-
pta finiantur.

Da nobis, quæsumus Domine, vitiorum nostrorum
flamas extinguiere, qui beato Laurentio tribuisti
tormentorum suorum incendia superare. Per Chri-
stum Dominum nostrum. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

Gratias tibi ago, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem, indignum
famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola digna-
tione misericordiae tue satiare dignatus es pretioso
Corpore et Sanguine Filii tui, Domini nostri Iesu
Christi. Et precor te, ut hæc sancta Communio non
sit mihi reatus ad penam sed intercessio salutaris
ad veniam ; sit mihi armatura fidei et scutum bonæ
voluntatis. Sit vitiorum meorum evacuatio, concu-
piscentiæ et libidinis exterminatio, charitatis et pa-

tientiae, humilitatis et obedientiae, omniumque virtutum augmentatio; contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium quam invisibilium, firma defensio; motum meorum, tam carnalium quam spiritualium perfecta quietatio; in te uno ac vero Deo firma adhaesio, atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu, cum Filio tuo et Spiritu Sancto, Sanctis tuis es lux vera, saetia plena, gaudium sempiternum, jucunditas consummata et felicitas perfecta. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

Oratio S. Bonaventure.

Transfige, dulcissime Domine Jesu Christe, medullas et viscera animae meae suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnera; vera, serenaque et apostolica sanctissima charitate; ut langueat et liquefiat anima mea solo semper amore et desiderio tui: te concupiscat et deficiat in atria tua, cupiat dissolvi et esse tecum. Da ut anima mea te esuriat Panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, Panem nostrum quotidianum supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem et saporem et omne delectamentum suavitatis; te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat et comedat cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animae meae; te semper sicut fontem vite, fontem sapientiae et scientiae, fontem aeternaliluminis, torrentem voluptatis, libertatem domus Dei: te semper ambiat, te querat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, et omnia operetur in laudem et gloriam nominis tui, cum humilitate et discretione, cum dilectione, et dilectione, cum facilitate et affectu, cum perseverantia usque in finem: et tu sis solus sem-

per spes mea, tota fiducia mea, divitiae meæ, deliciatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies et tranquillitas mea, pax mea, suavitatis mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus meus: in quo fixa et firma et immobiliter semper sit radicata mens mea et cor meum. Amen.

Rhythmus

EJUSDEM S. THOMÆ AD SS. SACRAMENTUM.

Adoro te devote latens Deitas,
Quæ sub his figuris vere latitas:
Tibi se cor meum fotum subjicit,
Quia te contemplans totum deficit.
Visus, gustus, tactus in te fallitur;
Sed auditu solo tuto creditur,
Credo quidquid dixit Dei Filius,
Nil hoc verbo veritatis verius.
In Cruce latebat sola Deitas,
At hic latet simul et Humanitas:
Ambo tamen credens, atque confitens,
Peto quod petivit latro poenitens.
Plagas sicut Thomas non intueor,
Deum tamen meum te confiteor;
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vivus, vitam prestans homini:
Præsta meæ menti te vivere,
Et te illi semper dulce sapere.
Pie pellicane, Jesu Domine,
Me immundum munda tuo Sanguine;
Cujus una stilla salvum facere,

Totum mundum quit ab omni scelere.
Jesu, quem velatum nunc aspicio,
Oro, fiat illud quod tam sitio;
Ut te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuæ glorie.
Amen.

Utiliter his orationibus Missalis addentur sequentes:

Oratio ad B. V. Mariam.

Respic in me gloriosissima Virgo Maria, quia dig-
num objectum oculorum tuorum nunc factus sum.
Loquere pro me bona dilectissimo Filio tuo, qui me
Corpore et Sanguine suo suavissime refecit, et offer-
ei merita tua in supplementum imperfectionis mee.
Gratias age ei pro me, et impetra mihi, ut Sacramen-
tali sua præsentia non discedat a me, nisi relinquat
post se animæ mee et corpori meo largissimam be-
nictionem. Amen.

Oratio ad S. Joseph

CUM INDULGENTIA I ANNI, CONCESSA A PIO VII.

Virginum Custos et Pater, Sancte Joseph, cuius
fidi custodia ipsa Innocentia, Christus Jesus, et
Virgo Virginum Maria commissa fuit: te per hoc
utrumque charissimum pignus, Jesum et Mariam,
obsecro et obtestor, ut me ab omni immunditia præ-
servatum, mente incontaminata, puro corde et casto
corpo Jesu et Mariæ semper facias castissime fa-
mulari. Amen.

Oratio ad Sanctum

DE QUO LECTA EST MISSA.

Sancte N., in cujus honorem ineruentum Corporis
et Sanguinis Christi Sacrificium obtuli, fac tua po-

tenti apud Deum intercessione, ut usu hujus my-
sterii Passionis et Mortis ejusdem Christi, Salvatoris
nostræ, merita consequar, ac cum illius frequenta-
tione continuo crescat mee salutis effectus. Amen.

PRECES

**PRO LUCRANDIS INDULGENTIIS PLENARIIS DIEBUS
QUIBUS SUNT CONCESSAE.**

Oratio preparatoria.

Omnipotens sempiterne Deus, cuius misericordia
a peccatis omnibus æternæque damnationis reatu
me absolutum confido, quamvis temporalibus penit-
ienciales permaneam, cum his diluendis opera mea
non sufficiant, ad inexhaustum meritorum unigeniti
Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, Sanctorumque
thesaurum confugio, ut hujus abundantia tenuitati
et indigentiae mee subveniatur. Promptum me ad
omnia, quæ in hunc finem prestanta sunt offero.
Suscipte ea, o Pater misericordiarum, in unione Pas-
sionis ut Mortis ejusdem Filii tui, plenariaque hujus
indulgentiæ me, licet indignum, fac partipem (*Si
indulgentiam lucrari intendis pro defunctis, adde:
quam applicare intendo, per modum suffragii, Pur-
gatorii animabus, in specie autem animæ N.*) Amen. R

Oratio

**AD DEUM PATREM PRO EXALTATIONE S. MATRIS
ECCLÆSIE.**

Memento, o Pater æterne, congregationis tuæ,
quam possedisti ab initio. Agnosce Ecclesiam velut

sponsam unigeniti Filii tui, pro qua ipse Sanguinem suum profundere non dubitavit. Hanc, obsecro, sanctitatis decoro, gratiarum opibus, et hereditatis amplitudine ita exalta, ut digna compareat tali sposo, tantoque Redemptoris pretio. Respice benignissime eiusdem S. Matris filios, eorumque numero universas gentes associa, ut omnes te, Deum Patrem, et quem misisti, Jeum Christum, una cum S. Spiritu, fide viva agnoscant, spe firma invocent et charitate perfecta complectantur. Amen. *Pater et Ave.*

Oratio

AD DEUM FILIUM PRO EXTRIPATIONE HERESUM.

O Jesu, lux vera, quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum: fac, oro, per insestabilem Passionis et Mortis tuae virtutem, ut puluis haeresum et errorum tenebris, veritatis tuae lumen omnes amplectantur et in optatum Ecclesiae tuae gremium confluant. O Pastor bone, qui animam tuam pro ovibus tuis posuisti, gregem tuum protege, et contra vim insidiasque eorum defende, qui veniunt in vestimentis oviuum, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Fac, ut unum omnes pastorem admittant, et unum omnium sit ovile. Mane nobiscum, Domine, quoniam dixisti: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Ostende Ecclesiam tuam esse aedificatam super petram et portas inferi non prevalere adversus eam. Amen. *Pater et Ave.*

Oratio

AD S. SPIRITUM, PRO CONCORDIA CHRISTIANORUM PRINCIPUM.

O Sancte Spiritus, Spiritus amoris et pacis, qui

tot tantasque gentes in unitate fidei congregasti, largire Christianis Principibus, eorumque consiliariis abundantiam tuae gratiae, novoque charitatis tuae munere præveni eorum corda, ut ex hoc omnes agnoscant, eos in numero electorum censendos et Christiano nomine dignos esse. Fac, ne ulla unquam cupiditate abducti, quidquam moliantur, quod divinae tuae gloriae, concordiae Ecclesiae aduersetur: sed unitis potius viribus, ad pacis aeternae visionem et celestem Jerusalem populum sibi subjectum una secum perducere nitantur. *Pater et Ave.*

Oratio

PRO SS^{MO} DOMINO PAPA

Deus, omnium fidelium Pastor et Rector, famulum tuum N., quem Pastorem Ecclesiae tue præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo et exemplo quibus præst proficere, ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniat semipaternam. Per Christum Dominum nostrum. *Pater et Ave.*

Oratio

CUM INDULGENTIA PLENARIA, APPLICABILI ANIMABUS PURGATORII, DICENDA POST MISSAM.

Qui confessus et sacra Communione refectus cum corde vere contrito et devoto recitaverit sequentem Orationem, coram qualcumque imagine Jesu Crucifixi, consequi potest Indulgentiam plenariam.

Primitus concessa fuit hæc indulgentia a Clemente VIII. et Benedicto XIV.

De novo concessa et confirmata fuit in perpetuum a Pio VII die 10 Aprilis 1821.

Dein applicabilis facta animabus Purgatorii a Leone XII die 17 Sept. 1825.

Tandem de novo confirmata a Pio IX die 51 Julii 1858, modo insuper per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis sue pie oraverint; ut dicitur in Decreto.

Oratio cum Indulgentia plenaria.



En ego, o bone et dulcissime Jesu,
ante conspectum tuum genibus me
provolvo, ac maximo animi ardore te
oro, atque optistor, ut meum in cor
vividos Fidei, Spei et Charitatis sen
sus, atque veram peccatorum meorum
poenitentiam, eaque emendandi firmis
simam voluntatem velis imprimere:
dum magno animi affectu et dolore
tua quinque vulnera tecum ipse con
sidero, ac mente contempnor, illud
pre oculis habens, quod jam in ore
ponebat tuo David Propheta de Te, o
bone Jesu: *Foderunt manus meas et pedes
meos: dinumeraverunt omnia ossa mea.* 1-s.
21 y. 18.)

PRECES ANTE ET POST MISSAM

PRO SINGULIS MENSIS DIEBUS.

DIES I.

ANTE MISSAM.

Sacerdos, ait Sanctus Alphonsus, *Missam ea, qua*
debet, devotione celebrare non poterit nisi magnam
habeat hujus Sancti Sacrificii estimationem. Attenta
proinde mente consideret: • Nullum aliud opus, iuxta
S. Concilii Tridentini effatum, adeo Sanctum a Christi
fidelibus tractari posse quam hoc tremendum mysteri
um. • (Sess. 22.)

Quasi mundus illi universus concreditus sit, atque
omnium ipse pater sit, sic sacerdos ad Deum accedit.
(S. Chrys. lib. de Sacerd.)

Oblatio Sacrificii qua latrentici

Offero tibi, summe Deus, Sacrificium Unigeniti
tui, quod per me indignum peragi voluisti, ad recog
noscendum super me et omnes creaturas supremam
dominationem tuam, potestatem et imperium. Pro
fite or igitur hujus Sacrificii actione, et coram omni
bus viventibus, quod sumus hic in terra respirantes
precise tamquam nihil ante te, quodque tuisis so
lis Dominus, cui omnis honor, virtus et gloria de
bet ab omnibus creaturis et nunc et in perpetuum.

Qua eucharistie.

Offero etiam illud tibi, beneficentissime Deus, in

Dein applicabilis facta animabus Purgatorii a Leone XII die 17 Sept. 1825.

Tandem de novo confirmata a Pio IX die 51 Julii 1858, modo insuper per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis sue pie oraverint; ut dicitur in Decreto.

Oratio cum Indulgentia plenaria.



En ego, o bone et dulcissime Jesu,
ante conspectum tuum genibus me
provolvo, ac maximo animi ardore te
oro, atque optistor, ut meum in cor
vividos Fidei, Spei et Charitatis sensus,
atque veram peccatorum meorum
poenitentiam, eaque emendandi firmis-
simam voluntatem velis imprimere:
dum magno animi affectu et dolore
tua quinque vulnera tecum ipse con-
sidero, ac mente contempnor, illud
pre oculis habens, quod jam in ore
ponebat tuo David Propheta de Te, o
bone Jesu: *Foderunt manus meas et pedes
meos: dinumeraverunt omnia ossa mea.* 1-s.
21 y. 18.)

Oratio.

PRECES ANTE ET POST MISSAM

PRO SINGULIS MENSIS DIEBUS.

DIES I.

ANTE MISSAM.

Sacerdos, ait Sanctus Alphonsus, *Missam ea, qua*
debet, devotione celebrare non poterit nisi magnam
habeat hujus Sancti Sacrificii estimationem. Attenta
proinde mente consideret: • Nullum aliud opus, iuxta
S. Concilii Tridentini effatum, adeo Sanctum a Christi
*fidelibus tractari posse quam hoc tremendum mysteri-
um.* • (Sess. 22.)

Quasi mundus illi universus concreditus sit, atque
omnium ipse pater sit, sic sacerdos ad Deum accedit.
(S. Chrys. lib. de Sacerd.)

Oblatio Sacrificii qua latrentici

Offero tibi, summe Deus, Sacrificium Unigeniti
tui, quod per me indignum peragi voluisti, ad recog-
noscendum super me et omnes creaturas supremam
dominationem tuam, potestatem et imperium. Pro-
fite or igitur hujus Sacrificii actione, et coram omni-
bus viventibus, quod sumus hic in terra respirantes
precise tamquam nihil ante te, quodque tuisis so-
lis Dominus, cui omnis honor, virtus et gloria de-
bet ab omnibus creaturis et nunc et in perpetuum.

Qua eucharistiei.

Offero etiam illud tibi, beneficentissime Deus, in

perpetuas gratiarum actiones pro omnibus donis, quibus me continuo prævenisti in corpore et in anima, simul et pro iis, quibus non desinis creaturis omnibus benefacere : demitte, quæso, oculos de celo in Altare, et respice in faciem Christi tui ; ibi adest ut grates debitæ nobiscum et pro nobis majestati tuæ persolvat.

Qua propitiatorii.

Offero quoque illud, justissime Judex, in redemptionem iniquitatum mearum, et omnium, quibus hæc terra exilio obruitur : concede, quæso, meritis Sanguinis Christi, qui est propitatio pro peccatis nostris, et non pro peccatis nostris tantum, sed et pro totius mundi ; concede, inquam, omnibus peccatoribus donum veræ poenitentiae, eosque et justos omnes, ac animas in Purgatorio detentas, a reatu cuiusvis poenæ misericorditer absolvas.

Qua impetratorii.

Offero tandem tuæ Majestati divinæ Sacrificium illud magni Mediatoris ad impetrandum mihi et universo orbi Christiano omnia subsidia spiritualia et temporalia, quibus adjuti valeamus in tuo famulatu ad finem usque fideliter perseverare, et ad portum salutis feliciter pervenire. Respice etiam, clementissime Deus, ad tot nationes barbaras ; paganism, judæis, hereticis et aliis a via salutis errantibus veritatem tuam ostende ; ut lumine illius adducti in promptuaria familiæ tuae, flant nobiscum unum ovile, sitque unus omnium Pastor Jesus Christus Filius tuus, qui tecum vivit et regnat in sœcula sœculorum. Amen.

Actus virtutum Theologicarum.

Te in hoc augustissimo Sacramento vere præsens tem credo, Domine Jesu, quia tu ipse hoc dixisti et Sancta Ecclesia credendum proponit ; Spero in te, qui vitam digne te sumentibus promisisti et fidelis es in tuis promissis ; Amo te, qui, præcipue in hoc Sacramento, tam amabilis es, et proximum meum, propter te, amo sicut meipsum. Sed quia, eheu, tam tepide ad te accedo, offero tibi omnia illa sensa fidei, spei, charitatis, sanctaque desideria, cum quibus sancti tui amici ad tremendum altare accedebant, rogans cum omni humilitate et fiducia, ut sanctis illis dispositionibus animam meam ornare digneris.

Actus contritionis.

Dóleo quoque, benignissime et amantissime Deus, de omnibus et singulis peccatis totius vitæ meæ, eaque detestor super omnia mala ex gratuito tui amore ; quia Deus es totus in te bonus, totus in te amabilis, et in sanctitate tua magnificus ; firmiterque propono quælibet mala potius sustinere, quam in posterum peccato consentire. Contristor etiam quam maxime, mi Deus, super infirmitates meas et imperfectiones quotidianas, necnon ob ariditatem animæ meæ, quibuscum accedere presumo ad vivificum Corporis et Sanguinis tui Mysterium. Purifica me, quæso, ab omni terreno amore et inflamma cor meum igne amoris tui ardentissimo ; ut sine impedimento in Altari tibi serviam, et tibi sic intime uniar, ut in te solo deinceps vivam et requiescam. Amen.

N. B. Sacerdos numquam omissat ante Celebratiōnem formare suam intentionem, pro quibus nempe vivis et defunctis principaliter SS. Sacrificium inten-

dat offerre, et quas gratias ex Sacrificio obtinere tum pro se, tum pro aliis desideret. — Ad quod, Missa peracta, similiter attendere debet; quatenus pretioso illo tempore, quo Jesum Christum, omnium bonorum largitorem, sibi habet jam intime presentem, ulatur, ad illa omnia petenda, pro quibus obtainendis SS. Missæ Sacrificium oblitererit. Fructuose etiam post Missam Sacerdos Regularis vota sua religiosa renovabit.

Oratio ad B. M. V.

Sancta et immaculata virgo Maria, per conceptionem tuam immunem ab originali peccato obsecro te, ut mihi impetres remissionem omnium peccatorum meorum; quatenus in conspectu Filii tui, Domini mei Iesu Christi, sine macula appaream, et velis orare pro me, ut copiosos gratiarum fructus mihi et illis, pro quibus Sanctissimum Sacrificium offerre proposui, ex illo reportare merear. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Intercedant pro me, Domine Iesu Christe, apud tuam clementiam S. Angelus Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N. N. et Sanctus N. (*ad ultimam litteram N. in oratione ad Sanctos exprimatur nomen Sancti, de quo illa die Missa celebratur.*) ut sanctissima Mysteria corporis et sanguinis tui, ad que, quamvis indignus, accedo, animam meam sanctificent, illumique ad Sanctorum sectanda vestigia efficaciter stimulent. Amen.

DIES I.

POST MISSAM.

Gratiarum actio.

Domine mi, infinitæ Bonitatis et Magnitudinis, tu ad me creaturam adeo vilem venire dignatus es! Tu qui es Rex regum et Dominus dominantium, ad me abjectissimum terræ vermiculum, qui tanto tempore fui vas reprobum et servus diaboli. Ad me, qui te toties offendi, toties contempsi, contumeliis affeci et crucifixi. Ad me, qui tibi toties fel pro potu suavi propinavi, quoties peccavi. Cui toties cordis mei januam oclusi, et ita te a me repuli. Indignus ergo imo indignissimus eram visitatione tua. Hac mea non obstante ingratitudine ad me venire et sub tecum meum intrare voluisti, ut animam meam praesentia tua dulcissima sanares et a peccato revocares. Quid pro dignatione tanta repandam? quam gratum me pro hac misericordia exhibeb? quo amore redamabo? Quibus officiis tantum beneficium, tantamque bonitatem remunerabo? Non tibi sufficit, quod mihi in hoc mysterio sanctissimam tuam communicaveris Humanitatem sed et tuæ Divinitatis me participem facere voluisti. O admirabile Mysterium! O thesaurum nullo comparandum pretio: dignum cujus preconia decantentur in æternum! O clementissime animæ meæ Reparator! quibus majoribus divitiis et pretiosioribus monilibus me locupletare potuisti hoc Augustissimo Sacramento, cuius virtute omnia mihi condonantur peccata, et ex filio diaboli transformor in filium Dei! quas itaque pro misericordia hac gratiarum referam actiones? Quas tibi decantabo laudes? Si gratitudo dono correspondere debeat, quod

gratitudinis genus tali sufficiet dono ? Dulcissime Jesu, quas referam gratias, nescio : quia si solus omnia Angelorum et Sanctorum possiderem corda, omnibusque illis Divinam tuam Majestatem laudarem, vix minimam illius gratiae, quam mihi fecisti partem adsequarem. Quid ergo ego potero tibi reddere pro tot beneficiis ? Offero tibi, Domine Jesu, cor meum, offero tibi totum me ipsum. Te sine fine et ex omnibus viribus animae meae laudare et benedicere desidero. Vellem omnium corda haberem, ut hinc te in eternum laudarem, misericordiaeque tue magnitudinem decantarem.

Actus petitionis.

Liberalissime Jesu, qui prodigioso amoris conatu te totum dedisti mihi, Corpus tuum, Animam et Divinitatem tuam, quid mihi jam supplicantem denegare posses ? Ideo non dimittam te nisi benedixeris mihi.

Indulge ergo, obsecro, quidquid negligentia, præcipitatione, aut quovis alio modo deliqui in hujus Missæ celebrationē.

Da mihi secundum tuarum assistricem sapientiam, ut mecum sit, mecum ambulet, et mecum laboret omnibus diebus vita mee.

Da mihi, Rex Virginum et amator castitatis, donum perfectæ continentia, ut casto corpore et pura mente tibi servire valeam.

Da mihi amorem pariter et timorem nominis tui, ut te in omnibus et super omnia diligens, inter mundanas varietates et hujus vitæ tentationes ibi fixum sit cor meum, ubi est verum gaudium.

Da mihi injuncti ministerii vices ad majorem nominis tui gloriam, mei et proximi salutem exacte et fideliter implere.

Converte miseros peccatores ad te; revoca haereti-

cos atque schismaticos; illumina infidelites ignorantes; adesto omnibus, qui in aliqua necessitate et tribulatione sunt constituti, maxime iis qui in extrema cum morte lucta versantur.

Esto propitius propinquis et benefactoribus meis. Miserere omnium mihi adversantium, vel qui me aliqua affecerint molestia. Succurre eis, qui se meis precibus commendarunt. Da fidelibus defunctis lucem et requiem sempiternam. Amen.

**Piissimæ Invocationes S. Ignatii
post Missam.**

Cum indulg. 7 annorum, et indulg. plen. semel in mense pro iis, qui illas quotidie recitant. Concessa a Pio IX.

Anima Christi, sanctifica me.

Corpus Christi, salva me.

Sanguis Christi, inebria me.

Aqua lateris Christi, lava me.

Passio Christi, conforta me.

O bone Jesu, exaudi me.

Intra vulnera tua absconde me.

Ne permittas me separari a te.

Ab hoste maligno defende me.

In hora mortis meæ voca me.

Et iube me venire ad te.

Ut cum Sanctis tuis laudem te.

In sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Sancta Maria, quæ in Conceptione tua caput serpentis contrivisti et ab omni semper peccato fusti aliena, intercede pro me, ut per horum Sacramentorum sumptionem a peccatis præteritis munder et præserver a futuris, et ita per animæ puritatem di-

gnus sim, qui a Deo puritatis et a Matre semper
pura et casta ut filius diligar. Amen.

Oratio ad Sanatos.

Concede mihi, misericors Deus, per intercessionem
S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meo-
rum NN et Sancti N., ut Sacraenta, quæ sumpsi,
præstent mihi robur et tutamen contra tentationes
inimici, et gratiæ abundantiam pro vita meæ emen-
datione: quatenus a via justitiae numquam amplius
recedam et in bono quotidie proficiam. Amen.

DIES II.

Ante Missam.

*Mis a est memoriale totius dilectionis Dei, et quasi
compendium omnium beneficiorum suorum. Immo,
non minus videtur facere in hoc, quod quotidie digne-
tur descendere super Altare, quam cum naturam hu-
mani generis assumpit. (S. Bonav. de Instit. p. I.
c. 11.)*

Directio intentionis ante missam.

Domine Deus, ego intendo hoc mane quam maxi-
mo amoris, reverentiae et devotionis affectu sanctissimum
Misse Sacrificium majestati tue, cui soli
debetur, offerre juxta ritum Sanctæ Romane Ecclesie,
et ex nunc offerre illud cum omnibus sacrificiis
tibi gratissimis, simulque pretium Sanguinis Jesu
Christi, merita Beate Marie Virginis et omnium
Sanctorum, totiusque Ecclesiæ preces et laudes, in
unione illius Sacrificii, quod Christus in ultima Cœna
instituit et in Cruce consummavit, factus ipse Sa-

cerdos et Victima, affectu et nomine ejusdem Domini
nostrri Jesu Christi, totiusque Ecclesiæ, ex puro
tui amore et desiderio tui beneplaciti semper et in
omnibus perficiendi.

Offero tibi illud secundo in protestationem supre-
mæ ac increatæ tuæ excellentiæ, dominii tui in
omnes creaturas, et nostræ subjectionis et dependen-
tiæ a te, in gratiarum actionem omnium beneficio-
rum ulli unquam creature collatorum et conferen-
dorum; in plenam oblationem omnis injuriæ ab ullo
umquam tibi irrogata vel inferenda, ac in cultum
latræ tibi soli debitum, cum omnibus adorationibus
Christi, Beatae Virginis ac omnium Angelorum et
Sanctorum, item in Augmentum gaudii Humanita-
tis Domini nostri Jesu Christi, in memoriam Vitæ
et Passionis ejusdem, et in augmentum gloriæ ac
beatitudinis immaculatissime Virginis omniumque
Angelorum et Sanctorum.

Offero etiam illud in gratiarum actionem pro om-
nibus beneficiis mihi collatis, in satisfactionem pro
peccatis meis, de quibus summopere doleo propter
offensam et injuriam, quam tibi irrogavi cum firmo
emendationis proposito, et pro omnibus meis præ-
sentibus et futuris animæ et corporis necessitatibus.

Offero demum pro omnibus vivis atque defunctis,
pro quibus Dominus noster Jesus Christus et Virgo
Maria sciunt et volunt ut sacrificem, pro parenti-
bus, amicis, consanguineis et benefactoribus meis,
pro omni gradu Sanctæ Catholice Ecclesiæ, Chri-
stianorum principum unione, heresum et schisma-
tum extirpatione, omnium infidelium nationum con-
versione, pro totius cleri et omnium religiosorum
statuum conservatione et augmentatione et pro anima-
rum in Purgatorio existentium liberatione: maxime
autem pro N. N., qui eleemosynam dederunt et reli-
querunt, ut secundum eorum voluntatem hanc Mis-

sam celebrarem, quibus intendo hunc fructum applicare quantum scis me posse vel debere.

Respic ergo me indignissimum famulorum tuum, quem pro vivis et defunctis legatione apud te fungi voluisti; ut defunctis requiem indulgeas, et vivis veniam gratiamque concedas, tibi recte fideliterque serviendi, et in amore tuo usque in finem perseverandi. Amen.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS **Oratio**

AD SS. TRINITATEM.

Dens, Pater omnipotens, ego indignus peccator accedo ad Sacramentum Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu Christi unigeniti Filii tui, tamquam immundus ad fontem misericordiae: ideo precor tuae potentiae immensitatem, ut digneris meam purificare fuditatem et me ad dilectionem inflammare, quatenus tanta munditia et devotione Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare valeam, ut tibi cedat ad honorem mihi et proximo ad salutem.

Domine Iesu Christe, Sacerdos et Rex aeternae, per meritum tuae Passionis amarissimae, atque pretiosi Sanguinis effusionem, concede mihi, misero peccatori et indigno Sacerdoti, mysterium Corporis et Sanguinis tui debita reverentia et puritate conscientia celebrare, ut tibi fiat ad laudem et animae meae, proximoque meo, ad charitatis et omnium virtutum incrementum.

Spiritus Sancte, Dens, qui in virtute tua mirabiliter uterum Beatissime Virginis Marie fecundasti, visita me famulum tuum gratia salutari, ut Corpus Domini mei, Iesu Christi, virtute tua conceptum ex Maria Virgine natum, tam devote valeam confidere, ut ejus Mysterio obtineam vitam aeternam. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O Sancta Dei Genitrix et Mater Christi sanctissima, fac tua potenti apud Deum intercessione, ut ego quoque digne et sancte suscipiam Dominum meum Iesum Christum, et per quotidianum et sanctum Eucharistici cibi usum, magis magisque in virtute stabiliar, ac continuo in via Dei proficere merear. Amen.

Oratio ad Sanctos.

S. Angele Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N.N. et Sancte N. pro me apud Dominum meum, Iesum Christum intercede, ut vestra me fide, spe, charitate, devotionis ardore, ceterisque virtutibus ornare dignetur, quatenus digne ac fructuose ad Aram valeam accedere. Amen.

DIES II.

Post Missam.

Gratias ago tibi, benignissime Domine Iesu Christe, qui me vilissimum peccatorem admittere dignatus es ad splendidum, vivificumque Sacre Mensae tuae convivium. O bone Iesu, dilece mi, charissime sponse, unica spes, et vita animae meae! o dulcedo cordis mei! o aeternum bonum meum, mellifluo Jesu! uni me tibi intime ad gloriam nominis tui. Heu mihi, Domine Iesu, quia nimis indigne complevi hoc sanctum Sacrificium. Miserere mei, ignosce mihi: ego quod egi commendo mellifluo cordi tuo emendandum ad aeternam gloriam tuam, ad profectum meum et ad salutem omnium. Responde, satisfac, supple pro me plenissime, o misericordissime Jesu. Amen.

Oratio S. Gertrudis.

Hoc igitur Sanctissimum Sacramentum, o Christe Jesu, quod ex intimis tui amorosi cordis produxit efficax dulcor tuæ investigabilis Deitatis, quodque mihi tam benigne modo communicasti, offero tibi, ex affectu totius universitatis, in unione illius excellentissimæ charitatis, qua tu Altissimi Patris Unigenitus omnem influxum Divinitatis, qui in tuam deificatam Humanitatem descendit, cum plena gratitudine offerens, refudisti in abyssum originis tuæ. Orans cum desiderio et affectu omnium creaturarum, ut ipsum tibi intrahas per effectum suavissimi spiritus tui in laudem æternam, et immensam, et incommutabilem, quam inscrutabilis sapientia tua altissime cognoscit superexcellentem Dei patris omnipotentiam condecere, ac inestimabilius suavifluam Spiritus Sancti benevolentiam oblectare. Nec non et in plene sufficientem gratiarum actionem omnis boni et gratiæ, quam per idipsum operatus es, et in æternum operaberis in corde et anima ipsum recipientis. Item et in dignam emendationem omnium, in quibus negligenter studium præparatio et devotione mea omisit idipsum digne suscipere. Et demum in sumمام gratiarum actionem, quod incomprehensibilis bonitas tua me extremæ vitalitatis vermiculum admittere dignata est ad regale convivium cœlestium deliciarum tuarum. Pro quo, cum in nullo parvitas mea tibi respondere possit, offero tibi Cor tuum dulcissimum, ac unice dignissimum in ea dignitate, qua plenum est divina gratitudine, ac omnimoda beatitudinis perfectione superexcelsus in perpetuum. Amen.

Pli affectus ad Jesum.

Inveni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam. Te, mi Jesu, amplector et amoris mei gaudium obtineo. Te cordis mei thesaurum comprehendo, in quo omnia possideo. Sentiat, obsecro, mens mea virtutem præsentie tuæ, gustet quam suavis sis, Domine; ut, amore tui capta, nil extra te quearat, nil diligat, nisi propter te. Tu es Rex meus, ne obliscaris inopia et tribulationis mee. Tu es Judex meus, parce peccatis meis et miserere mei. Tu es Medicus meus, sana omnes infirmitates meas. Tu es Sponsus animæ meæ, sponsa te mihi in sempiternum. Tu es Dux et Defensor meus, pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Tu Victima pro me factus es, et ego tibi sacrificabo hostiam laudis. Tu Redemptor meus es, redime animam meam de manu inferi et salva me. Tu es Deus meus et Omnia. Quid enim mihi est in celo, et a te quid volui super terram? Deus cordis mei et pars mea Deus in æternum!

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio

EX MISSALI ROMANO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui me peccatorem sacris Altaribus adstare voluisti et sancti Nominis tui laudare potentiam: concede propitius per hujus Sacramenti Mysterium, meorum mihi veniam peccatorum; ut tute Majestati digne merear famulari. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Rogo te, Sancta Dei Genitrix et Mater Christi in-
culta, ut eundem Jesum, quem in castis tuis porta-
sti viacribus, et quem ego nunc in cordis mei ha-
bitaculo suscepisti, semper per gratiam suam mihi pre-
sentem retineam, et nunquam amplius ab ipso
separer per peccata N. et N. quibus, eheu! toties illum
ex corde meo expuli, et damnabili protavia locum
eius dedi diabolo. Vitam praesta puram, o Mater,
iter para tutum. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Tribue mihi, piissime Domine Jesu Christe, per in-
tercessionem S. Angelii Custodis, S. Joseph, SS. Pa-
tronorum meorum N. N. et Sancti N., ut Sacrificium
immaculatum Corporis et Sanguinis tui, quod modo
indignus obtuli, sit mihi et cuncto populo in salu-
tem mentis et corporis, et animabus fidelium defun-
ctorum in refrigerium. Amen.

DIES III.

ANTE MISSAM.

Sacerdos, non legitime impeditus, celebrare omittens, quantum in eo est, privata sanctissimam Trini-
tatem gloria, angelos latilia, peccatores venia, justos
subsidi, in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam
beneficio et seipsum medicina. (V. Beda de Sacrif.
Missæ.)

Actus Fidei, Spei, Charitatis et Contritionis.

Credo in te, Deum meum, vivum et verum, trinum
in Personis, unum in Deitate. Credo in Deum Patrem

Creatorem, in Deum Filium Redemptorem, in Deum
Spiritum Sanctum Sanctificatorem meum. Credo in
Deum, ultimum finem meum, bonorum Retributio-
rem, malorum Vindicem justissimum. Credo et con-
fiteor fidem illam sanctissimam, quam Jesus Christus
docuit, quam Apostoli praedicarunt, quam Sancta
Romana et Catholica tenet Ecclesia. Credo Jesum
Christum vere esse praesentem in augustissimo Alta-
ris Mysterio, illumque aeterno Patri ibidem offerri
pro vivis et defunctis. In hac autem sancta et salvi-
fica fide protestor me vivere et mori velle; quia tu,
Deus, qui omniscius nec falli, nec ut aeterna Veritas
fallere potes, illam revelasti, et per sanctam Eccl-
esiam tuam credendam proposusti.

Spero in misericordia tua infinita, o Deus, auxiliar-
tor unice et potentissime corporis et animae meæ;
et spero in pretioso Sanguine Jesu Christi, Salvatoris
mei, cum tanta charitate in Golgotha pro me fuso et
in Altari pro totius mundi salute continuo adhuc obla-
to, quod remissurus mihi sis omnia et singula pecca-
ta totius vite mee et daturus mihi gratiam et vitam
aeternam; quia tu, Deus, omnia illa promisisti, ac fide-
lis et omnipotens es in tuis promissis adimplendis.

Amo te, o amabilissime Deus, summum et infinitum
bonum, abyssum omnis perfectionis; amo te
propter tuam essentialē et intrinsecam bonitatem,
pulchritudinem et amabilitatem; amo te, quia infi-
nite bonus erga nos homines, de summo celo misi-
sti Unigenitum Filium tuum, qui pro nobis Homo
factus, Crucis supplicium pertulit et in aeternum amo-
ris sui testimonium Corporis et Sanguinem suum in
cibum et potum nobis relinquere dignatus est. O!
Utinam te amare possem omni illo amore ardentis-
simō, quo te amant et in aeternum amabunt omnes
sancti Angeli et Beati in celo; quo te amant et ama-
re possunt omnes creature in terra! Illorum omnium

amori ardentissimo jingo imperfectissimum amorem meum.

Et quia te amo, o Deus, ideo te offensum ex animo doleo; singula peccata totius vite mee, imo totius mundi, abominor et execror. Utinam mi Deus, facere possem, ut ea numquam facta fuissent! Miles malo mori, quam te posthac illo umquam peccato, præsertim mortali, offendere.

Propono etiam, cum præmissa frequentius Sacramentali Confessione, Sacrosanctum Missæ Sacrificium, quotidie, nisi legitime impeditus, celebrare; desiderans pariter, quandocumque Divine Voluntatis me ex hac vita evocare placitum fuerit, non aliter quam Sacro Corporis tui Vatico munitus decedere. Da mihi gratiam, mi Deus ut hæc Sanctissima Mysteria semper in vita, et præsertim in morte, digne obire valeam. Amen.

Oratio S. Bonaventurae.

Ecce, coelestis Pater, recolens mortem illam Unigeniti Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, offero tibi hanc hostiam, quam ipse obtulit pro mea et totius mundi salute. Ecce ad Altare tuum Majestatis transmitto oblationem vivam, quam tu in miseratione multa misisti ad Altare Crucis immolandam pro nobis. Recordare ergo illius Sacrosancti Sudoris, quasi guttae sanguinis, decurrentis in terram. Respice illam virgininem Carnem, verberibus crudeliter flagellatam, colaphis et alapis cresam, tumoribus lividam, sputis maculatam, sanguine cruentatam, spinis perforatam, clavis confixam, lancea vulneratam. Illa ergo pietas, quæ Filium tuum traxit et vicevit, ut in statera Crucis totius mundi peccata libraret, ipsa te cogat, Pater, misereri nobis miseris. Respice, obsecro, non nostra peccata, sed in faciem Christi tui, non enim

in justificationibus nostris, preces nostras prosterimus sed in multitudine miserationum tuarum. Amen.

Oratio

EX MISSALI ROMANO.

Omnipotens et misericors Deus, humilitatis mee preces benignus intende: et me, famulum tuum, quem nullis suffragantibus meritis, sed immensa clementia tue largitate, coelestibus Mysteriis servire tribuisti, dignum Sacris Altaribus fac Ministrum: ut, quod mea voce de promittur, tua sanctificatione firmetur. Per Dominum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Ne permittas, O Mater Divinae gracie, ut umquam indigne tractem Sacramentum Corporis et Sanguinis dilectissimi Fili tui Jesu; fac econtra, ut sim et semper maneam sacerdos secundum cor Dei utque, per quotidiam sanctissimam Missæ celebrationem, ferventiori usque zelo tum propriam tum alienam salutem et perfectionem curare studeam. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Deus, Pater misericordiarum, per merita et intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. concede mihi fidem vivam, spem firmam et charitatem ardentem ut pie, devote augustissimum Missæ Sacrificium offerre et ex illo quotidie nova incrementa gratiarum et coelestium benedictionum haurire aliam. Amen.

DIES III.

POST MISSAM

Oratio ad Jesum.

Adoro te et gratias ago tibi, benignissime Domine Iesu Christe, qui me viiiissimum peccatorem admittere dignatus es ad splendidum, vivificumque Sacre Mensæ convivium. Hoc mihi ! quia nimis indigne complevi hoc Sanctum Sacrificium. Miserere mei et ignosce mihi. Ego, quod egi commando divino Cordi tuo emendandum et corrigendum. Suscipe, quæso, hæc sacrosancta Corporis et Sanguinis tui Mysteria, quæ tibi obtuli ad gloriam nominis tui sempiternam ; ad honorem omnium Sanctorum tuorum et omnium beatorum angelorum ; ad salutem meam et omnium fidelium tam vivorum quam defunctorum. Suscipe hoc præcellentissimum Sacrificium in plenam emendationem, expiationem atque satisfactionem pro omnibus peccatis ac negligentiis meis, et pro peccatis totius mundi.

Alia Oratio ad Jesum.

O Domine Iesu Christe, in memoriam immensitudine charitatis, qua propter me natus, passus, crucifixus et mortuus es, offero tibi hujus Missæ et omnium Missarum, quæ in toto mundo fiunt, hostiam Sacrosancti Corporis et Sanguinis tui, obsecrans per viscera misericordiae tue, ut suscipias et Patri tuo offeras in ea virtute, qua illi, in Cruce moriens, spiritum tuum tradidisti ; ut vivis gratiam et veniam et defunctis requiem et lucem sempiternam, et omnibus nobis misericordiam vitamque largiaris sempiternam : singulariter tamen oro pro N. N.

Noli me propter peccata mea damnare, Domine, sed per hanc perceptionem redemptionis nostræ ab ira tua et a peccatis me liberare digneris : et praesta, salutaris meus, ut cum frequentatione Mysterii tui crescat meæ salutis effectus. Obsecro te, ut mihi sis cibus qui me confortet, nutriat et protegat. Da mihi gratiam uthujus Sacramenti perceptio sit mihi nunc et in morte plena reconciliatio, plena peccatorum purgatio et ad vitam æternam introductio. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio

EX MISSALI ROMANO.

Hujus, Domine, virtute Sacramenti, peccatorum meorum maculas absterge, et praesta : ut ad exercendum injuncti officii Ministerium me tua gratia dignum semper efficiat. Per Dominum nostrum, Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula saeculorum. Amen.

Oratio

EX IMITATIONE CHRISTI.

Adjuvet nos gratia tua, omnipotens Deus, ut qui officium Sacerdotale suscepimus, digne ac devote in omni puritate et conscientia bona tibi famulari valeamus. Et si non possumus in tanta innocentia vita conversari, ut debemus ; concede nobis tamen digne fieri mala, quæ gessimus, et in spiritu humilitatis ac bonæ voluntatis proposito tibi ferventius de cetero deservire.

Oratio ad Sanctum Franciscum Xaverium.

O Deus, ego amo te;
Nec amo te, ut salves me,
Aut quia non amantes te
Aeterno punis igne.
Tu, tu mi Jesu, totum me
Amplexus es in Cruce:
Tulisti clavos, lanceam,
Multamque ignominiam.
Innumeros dolores,
Sudores et angores,
Ac mortem, et haec propter me,
Ac pro me peccatore.
Cur igitur non amem te?
O Jesu amantissime!
Non ut in celo salves me,
Aut ne aeternum damnes me,
Nec praemii nullius spe,
Sed sicut tu amasti me,
Sic amo, et amabo te,
Solum quia Rex meus es,
Et solum quia Deus es.

Oratio ad B. M. V.

Obsecro te, o Mater Divina gratiae, ut pro me intercedas, quatenus, dum auctorem gratiae in interioris domus meae recepi hospitio, ab ipso gratiae spiritualis profectus et perseverantiae merear ditari, et te opitulante, in Jesu jugiter amore crescam, donec ad aeternalem ejus fruitionem tecum perveniam in celis. Amen.

Oratio ad Sanctos.

S. Angele Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N. N. et Sancte N. intercede pro me, indigno cliente vestro, ut Dominus, Deus meus, mei misereatur et Sacrificium, quod hodie obtuli, fructus perennes sanctimoniae animae meae, et cunctis fidelibus vivis atque defunctis dona gratiae sue abunde conferat. Amen.

DIES IV.

ANTE MISSAM.

Omnium apex est Sacerdotium (S. Ign. Ep. ad Smyrn.)

Miraculum et stupendum, magna, immensa, infinita Sacerdotii dignitas. (S. Ephr. de Sacerd.)

Ecedit omnem cogitationem donum dignitatis sacerdotalis. (Idem.)

Devota exercitia ex S. Francisco Salesio.

Actus Adorationis.

O Deus, trine in personis et tu Domine Jesu Christe, verus Deus et Homo, ex toto corde te adoro, ac confiteor te meum esse verum et unicum Creatorem, Salvatorem et meum ultimum finem. Et quia mea adoratio nimis exigua est et debilis, tibi offero excellentes illas adorationes, quas continuo tibi persolvit tua sanctissima Humanitas et tua glorioissima Genitrix, Virgo Maria, totaque Curia celestis ac sancta Ecclesia Catholica, tua dilecta Sponsa.

Actus Amoris.

Insuper, o Domine, ex toto corde, ex tota anima,

ex omnibus viribus te amo; et te super omnia amare desidero, et si possibile esset, te amare cuperem illo amore perfectissimo, quo te ipsum amas, et quo tua sanctissima Humanitas et gloriosissima Virgo Maria, cum tota cœlesti Curia et Sancta Ecclesia Catholica te amant.

Actus Contritionis.

Et cum, o Domine, sis infinite bonus, sapiens, potens, justus et misericors, ideo ex toto corde doleo, et super omnia detestor omnia mea peccata mortalia et venialia, quæ umquam cogitatione, verbo et opere a primo instanti, quo usum rationis habui, usque ad præsentem horam commisi. Et loco mei imperfecti doloris tibi offero amaram illam contritionem, quam Sanctus Propheta David, Sanctus Petrus et Sancta Maria Magdalena, imo omnes vere poenitentes unquam habuerunt ab origine mundi usque ad præsens, cum voluntate absoluta te numquam amplius, adjuvante tua Divina gratia, offendendi.

Actus Satisfactionis.

Et quia, o Domine, in mea non est potestate, ut satisfaciam tot debitum, quibus ob mea peccata et offensa plus quam obligatum me profiteor, ideo in satisfactionem eorum offero tibi totam vitam meam, omnia opera mea, omnes labores, penas et doloras, quos sustinui et adhuc sustenturus sum, cum meritis vitae, passionis, et mortis tui Unigeniti Filii, humillime petens veniam omnium meorum delictorum et efficacem gratiam, ut de iis ante mortem veram penitentiam agere possim.

Actus oblationis.

Præterea, o Domine, cum hoc meo Sacrificio me tibi totum ad tuum honorem et æternam gloriam offero et consecro, in unione illius ardentissimi amoris et purissimæ intentionis, quibus te ipsum in ultima Cœna nobis in Cibum tradidisti, et in ara Crucis Sacrificium cruentum pro nobis obtulisti. Et loco mee exiguae præparationis ac præsentis mee parvæ devotionis tibi offero profundam illam humilitatem, charitatem, puritatem, cum quibus tua Sanctissima Mater et omnes tui fideles famuli ad hoc Sanctissimum Sacramentum accesserunt, et quibus ornati tui Sancti Apostoli, imo omnes sancti Sacerdotes hoc tremendum Sacrificium obtulerunt a prima sua institutione usque ad præsens, et quibus nunc adornata tua sancta Ecclesia catholica ubique locorum offert.

Terna amoris ad Jesum suspiria.

Accende, o Jesu, igne amoris tui cor meum, quod tibi in holocaustum offero, omnesque terreni amoris flamas extingue, ut nihil in mundo mihi placet præter te. In amore tui vivere cupio et mori exopto.

Vota tua, mi Jesu, sunt: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Et expansis in Cruce brachii me expectas. Envenio, o Jesu, admitte me, obsecro, et concede ut in amore tui complexu tibi semper conjunctus permaneam.

Præcipitur mihi, ne appaream in conspectu tuo vacuus. Sed quid dabo tibi, mi Jesu? accipe tuae bonitatis dona, animæ meæ facultates, quas tibi in obsequium offero, memoriam, intellectum et voluntatem. Tui solius meminerim, nihil sciam extra te,

nihil præter te amem, nec in ulla re mea, sed tui solius voluntas flat. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Mater purissima et castissima, quæ semper puræt casta Domino placuisti, intercedere pro me digneris, ut, ab omni sorde et iniquinamento peccati mundatus, purus ad Deum puritatis valeam accedere, et per continuam castissimi hujus Mysterii sumptuonem, castioribus quoque moribus coram Deo et hominibus indies merear fulgere. Amen.

Oratio ad Santos.

Presta, quæsumus, omnipotens Deus, ut intercedentibus S. Angelo Custode, S. Joseph, SS. Patronis meis N. N. et Sancto N., ita ad sacra Mysteria accedam, ut copiosum inde fructum reportare merear pro continuo meo in via sanctitatis progressu, et omnium mihi commissorum et commendatorum salute. Amen.

DIES IV.

POST MISSAM.

AD JESUM, EX FRANCISCO SALESIO.

O Domine Jesu Christe, unice Salvator mei ex toto corde meo cum omni possibili reverentia et devotione adoro te, Deus meus et omnia, et infinitis modis gratias ago pro tanto beneficio, quod me hujus sacramenti Sacrificii Missæ Ministru m ordinaveris et ad me venire dignatus sis. Quoniam autem dignus sis omni amore, Domine, ideo amo te super omnes creaturas; et valde doleo, quod te neque amaverim hum-

cusque, neque adhuc te tantum amem, quantum tu amari dignus es. In hujus ergo mei defectus supplementum offero tibi, Jesu benignissime, illam adorationem, illas gratias, amplexus, affectus amoris, reverentiam et gratitudinem, quæ tua Sanctissima Mater, et Virgo Maria, et omnes Sancti atque servi tui tibi obtulerunt et hodie etiam offerunt, cum universa Sancta Ecclesia Catholica, tua dilecta sponsa.

Doleo, mi Domine Jesu, supra omnem modum, quod qualicumque modo in aliquo Majestatem tuam offendem ; vehementer angor, quod non talem ac tantum dolorem inde sentiam, quantum merentur summa tua Bonitas et suprema tua Majestas ; a qua ego, miser peccator, precor humili me omnium delictorum meorum condonationem ac remissionem per merita tuæ Sacratissimæ Passionis.

Vicissim autem cum eadem sacra Passione tua offero supplex et indignus servus tuus totum meipsum, meos labores et miseras, quecumque amore tui aggrediar et exantlabo, vel etiam acerbe perfiram toto decursu vitæ meæ in satisfactionem et remissionem omnium peccatorum meorum. Quenammodum autem confido in infinita Bonitate et Clementia tua, ut indulgeas peccatis meis ; ita precor eamdem tuam Clementiam, ut mihi uberem gratiam errata corrigendi et in servitio tuo usque ad fine in perseverandi voluntatem largiaris. Amen.

Aliæ Orationes ad Jesum.

O amantissime Domine Jesu, dulcissime Sponse animæ meæ, utinam omnes pulsus ac motus cordis mei excites moveasque spiritu tuo amoroso et vivifico.

Per tuum transvulneratum Cor, transfige, amantissime Jesu, cor meum jaculo amoris tui, in tantum

ut nihil terreni contineat, sed a sola efficacia tua
Divinitatis continetur.

Domine, fateor, quod secundum merita mea non
sum dignus accipere portiunculam donorum tuo-
rum. Sed tamen, meritis Sacratissime Passionis tue,
ac Sanctae Genitricis tue et omnium Sanctorum at-
que Electorum tuorum, supplico pietati tui, ut trans-
figas cor meum tui amoris sagitta. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 4.

VERITATIS

Oratio ad B. M. V.

O Maria, Mater purissima et castissima, pro me,
humili clienti tuo, intercedere materna benignitate
digneris; ut, castis hisce Mysteriis refectus, omnia,
quaë fœdum impuritatis vitium sapiunt, summo sem-
per cum horrore fugiam et castis usque moribus
Domino Deo merear famulari. Amen.

Oratio ad Santos.

Obsecro te, Domine Iesu Christe, per intercessio-
nem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum
meorum N. N. et Sancti N., ut Divina Mysteria,
quorum tua gratia nunc particeps factus sum, tri-
buant mihi et omnibus, pro quibus illa obtuli, fidei,
spei et charitatis augmentum, et animas nostras
custodiant in vitam æternam. Amen.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DIES V.

ANTE MISSAM.

O potestas ineffabilis, qua in nobis habitare dignata
est per impositionem sanctorum Sacerdotum. O quam
magnam in se continet dignitatem formidabile et ad-
mirabile Sacerdotium! (S. Ephr. de Sac.)

O miraculum! O benignitatem! qui cum Patre sur-
sum sedet, in illo ipso temporis articulo sacerdotum
manitus pertractatur! (S. Chrys. Dial., L. III.)

Actus adorationis et Gratiarum Actionis.

O dulcissime Salvator, Christe Jesu, qui eximia
charitate nos misere perditos redemisti pretio San-
guinis tui; et in hujus amoris tui memoriam, nec non
in pignus futurae gloriæ, tam admirabilis potentia,
sapientia et bonitate dedisti nobis, in cibum et pot-
um, ipsum Corpus et Sanguinem tuum: denique ad
hæc divina Mysteria me vilissimum peccatorem in
numerum tuorum Sacerdotum ineffabili clementia
vocare dignatus es. Adoro te ex toto corde, et gratias
tibi ago ex intimis visceribus animæ meis pro tam
immensis beneficiis tuis, et affectus omnium electo-
rum mihi medullitus opto, ut placere tibi possim in
hoc opere quod facturus sum.

Actus contritionis.

Sed heu me miserum! qui hactenus tam indigne
in vocazione mea vixi, et toties et tam graviter te
Deum meum offendii peccatis meis; sed nunc de iis
doleo ex intimo corde meo ob amorem tui super
omnia; et deinceps tibi soli servire, placere et adhæ-
dere propono.

ut nihil terreni contineat, sed a sola efficacia tua
Divinitatis continetur.

Domine, fateor, quod secundum merita mea non
sum dignus accipere portiunculam donorum tuo-
rum. Sed tamen, meritis Sacratissime Passionis tue,
ac Sanctae Genitricis tue et omnium Sanctorum at-
que Electorum tuorum, supplico pietati tui, ut trans-
figas cor meum tui amoris sagitta. Amen.

Anima Christi, &c. pag. 4.

VERITATIS

Oratio ad B. M. V.

O Maria, Mater purissima et castissima, pro me,
humili clienti tuo, intercedere materna benignitate
digneris; ut, castis hisce Mysteriis refectus, omnia,
quaë fœdum impuritatis vitium sapiunt, summo sem-
per cum horrore fugiam et castis usque moribus
Domino Deo merear famulari. Amen.

Oratio ad Santos.

Obsecro te, Domine Iesu Christe, per intercessio-
nem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum
meorum N. N. et Sancti N., ut Divina Mysteria,
quorum tua gratia nunc particeps factus sum, tri-
buant mihi et omnibus, pro quibus illa obtuli, fidei,
spei et charitatis augmentum, et animas nostras
custodiant in vitam æternam. Amen.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DIES V.

ANTE MISSAM.

O potestas ineffabilis, qua in nobis habitare dignata
est per impositionem sanctorum Sacerdotum. O quam
magnam in se continet dignitatem formidabile et ad-
mirabile Sacerdotium! (S. Ephr. de Sac.)

O miraculum! O benignitatem! qui cum Patre sur-
sum sedet, in illo ipso temporis articulo sacerdotum
manitus pertractatur! (S. Chrys. Dial., L. III.)

Actus adorationis et Gratiarum Actionis.

O dulcissime Salvator, Christe Jesu, qui eximia
charitate nos misere perditos redemisti pretio San-
guinis tui; et in hujus amoris tui memoriam, nec non
in pignus futurae gloriæ, tam admirabilis potentia,
sapientia et bonitate dedisti nobis, in cibum et pot-
um, ipsum Corpus et Sanguinem tuum: denique ad
hæc divina Mysteria me vilissimum peccatorem in
numerum tuorum Sacerdotum ineffabili clementia
vocare dignatus es. Adoro te ex toto corde, et gratias
tibi ago ex intimis visceribus animæ meis pro tam
immensis beneficiis tuis, et affectus omnium electo-
rum mihi medullitus opto, ut placere tibi possim in
hoc opere quod facturus sum.

Actus contritionis.

Sed heu me miserum! qui hactenus tam indigne
in vocazione mea vixi, et toties et tam graviter te
Deum meum offendii peccatis meis; sed nunc de iis
doleo ex intimo corde meo ob amorem tui super
omnia; et deinceps tibi soli servire, placere et adhæ-
dere propono.

Actus pure intentionis.

Proinde nunc accedens ad mensam sacri Conviviali tui, ex omni affectu cordis mei tibi hoc Sacrificium Missæ, dignissimam hostiam Corporis et Sanguinis tui, quam ipse semel pro nobis in ara Crucis obtulisti, offerra intendo ad laudem et gloriam æternæ Majestatis tue, in memoriam Sanctæ Incarnationis, Vitæ, Passionis ac Mortis tuæ : in gratiarum actionem pro omnibus donis, et beneficiis toti cœtui Electorum, et mihi indignissimo peccatori hucusque præstitis vel unquam præstandis : pro salute quoque fidelium vivorum NN. et solatio defunctorum NN. Et utinam ex omni affectu, fervore et desiderio amicorum tuorum, seu jam regnantium in celis, vel adhuc militantium in terris, hoc tam grande tuæ pietatis opus peragere possem.

Actus fidei.

Corde siquidem credo, mi Jesu, et ore confiteor, quia Pater æternus, Deus in seipso summe beatus, potens, perfectus et nullius egens, secundum infinitam misericordiam suam sic dilexit mundum, ut te, Filium suum Unigenitum, nobis daret Salvatorem. Credo quoque, quod tu ipse Patri equalis per omnia, ex vi immensa charitatis tuæ de sinu Patris descendisti in uterum Virginis et propter nos Homo factus es ; et quod ex amore nostri hoc Sacramentum in ultima Cœna instituens, verum Corpus et Sanguinem tuum, id est te ipsum nobis ad manducandum dedisti ; et denique Patri tuo factus obediens usque ad mortem, te ipsum pro nobis hostiam in ara Crucis obtulisti.

Actus spei.

Ideoque spero in te, magna que fiducia venio ad te, o Domine, qui nostri causa tam mira facere et tam

dira pati voluisti. Quid enim negabis, qui sic amasti ut te ipsum dares ?

Actus amoris.

Amo te quoque, o bone Jesu, ex tota virtute cordis mei, et semper deinceps et in æternum amabo, si tu dederis.

Actus humilitatis.

Verum quid habeo, quod non acceperim ? quid vilis creatura et miser peccator præstare poterit Deo, Creatori ac Domino suo ? Tu ipse ergo, supplex te oro, Domine Jesu, Patri tuo pro me represesta merita tua et per illa supple omnem defectum meum, præcipue hujus, eheu ! tam imperfectæ præparacionis, qua ad hæc sacra Mysteria venio ; ut sic per te ei placeat obsequium indignissimæ servitutis meæ.

Actus postulationis.

Fac etiam, o bone Jesu, ut hoc tremendum Mysterium debita semper fide, reverentia et gratitudine prosequar, idque puro et ardentि corde nunc et semper recipiam. Statum quoque Sacerdotalem, ad quem me singulari gratia vocare dignatus es, charitate, castitate, mansuetudine, humilitate, patientia, sobrietate moribusque tibi placitis, et Sacerdote dignis, semper excolare studeam, ut ita servitus mea tibi placeat ad maiorem gloriam tuam, Ecclesiæ utilitatem et propriam proximique salutem.

Actus unionis cum Deo.

Unde tandem supplex rogo, ut per virtutem Corporis et Sanguinis tui, abstrahas cor meum efficaciter ab omnibus noxiis affectibus NN., qui gustum

et fructum hujus Sacramenti impediunt; et me intime tibi unias et incorpores; ut gustem quam suavis sis, Domine, et unus tecum efficiar spiritus; ut tu in me, et ego in te maneam; ideoque nihil sit, quod me umquam separare valeat a te: nam tibi adhaerere mihi bonum est. Quid enim mihi est in cœlo, et a te quid volui super terram! Deus cordis mei, et pars mea in æternum.

Oratio ad B. M. V.

O Maria, *Mater inviolata* et *intemerata*, ab omni peccato et imperfectione semper immunis, omnique virtutum splendore coruscans, pro me misero intercede peccatore, ut, gratiae stola circumdatus, Sanctissimum Missæ Sacrificium digne offeram, et quotidie majus peccati et iniquitatis oditum et virtutum Sacerdotialium amorem ex illo hauriam. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Rogo te, piissime Deus, ut suffragiis S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum NN. et Sancti N. ab omni peccato absolutus, mundo corde et corpore ad sacras aras accedere, ibique hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam omnipotenti Deo pie et devote merear offerre. Amen.

**DIES V.
POST MISSAM.**

Oblatio sacrificii Patri æterno.

Sanctissime Pater, en ego indignissima creatura tua suscepit dilectissimum Filium tuum, eumque

tamquam rem meam, mihi conjunctam, in pectore meo adhuc contineo: illum ergo in modum justi Simeonis in ulnas meas suscipiens, tali affectu et intentione, quali semetipsum tibi obtulit jacens in præsepio et pendens in Cruce, offero Majestati tue ad supremam laudem et gloriam tuam, in recognitionem tui supremi dominii, in gratiarum actionem omnium beneficiorum ulli umquam creaturæ concessorum et in plenam abolitionem omnis injuriaæ abullo umquam tibi irrogatae.

Offero illum quoque ad supremam laudem et gloriam ejusdem Domini nostri Jesu Christi, in cultum et memoriam sanctissimæ Incarnationis, Nativitatis Passionis, Resurrectionis et Ascensionis, omniumque Mysteriorum vitæ et mortis ejus: item in cultum et augmentum gaudii, gloriae et beatitudinis Sanctæ et Immaculatæ Virginis, Matris ejus, omniumque Angelorum et Sanctorum, maxime illorum, quorum hodie memoriam agimus et Patronorum meorum.

Et quia, o Domine, suscipiendo Filium tuum, factus sum particeps omnium ipsius meritorum, his innixus audeo te rogare pro sanctissima gratia tua, qua perficere possim ejus sanctam voluntatem; ad hoc enim ipse me tanti Sacramenti consortem fecit, ut deinceps tibi vivam, mihi moriar; ut sim humilis, patiens, charitate repletus, castus et perfectus. Da ergo mihi, Sanctissime Pater, ut adimpleam hanc divinam Filii tui voluntatem; exorna me his sanctis virtutibus, Fide, Spe, Charitate, Patientia, Castitate, Mortificatione, omnibusque gratiis, quas scis mihi esse necessarias: largire purissimam illuminationem intellectus ad cognoscendum beneplacitum tuum, et ad faciendam semper voluntatem tuam corroborame: ut in omnibus et per omnia tibi placeam, tibi fideliter serviam, teque constanter ac sincere amem et diligam. — Sanctifica, o Pater piissime, Ecclesiam

tuam, aufer ab ea omnia scandala et schismata, ut fiat unum ovile et unus Pastor. Effunde misericordiam tuam in gentes, quae te non noverunt, et illumina corda illarum, ut te cognoscant et ament; dissipa consilia impiorum, ne regno tuo officiant et propagationi gloriae tue: da Summo Pontifici, Praelatis, Ordinibus Ecclesiasticis ac omnibus Religiosis tuum amorem, et ut suis officiis rite fungantur; da Regibus, Principibus, cunctisque Magistratibus sapientiam, qua justitiam fideliter administrent, pacemque sequantur, ac populo tuo tuam da benedictionem; tribue agonizantibus veram contritionem tuumque amorem, peccatoribus veniam et veram emendationem, inimicis meis tuam charitatem, amicos, benefactorios et consanguineis meis tuam dilectionem et dulcedinem; huic Congregationi bona spiritualia et temporalia; nosque et omnia nostra dirige, ut cultus tuns hic semper vigeat et perseveret; animabus in Purgatorio detentis, illis maxime, quae suffragia mea expectant, vel quibus sum obligatus, requiem sempiternam ac beatam tui frutionem.

Anima Christi. etc pag. 45.

Oratio ex Missali, pro vivis et defunctis.

Purifcent nos, quæsumus Omnipotens et Misericors Dens, Sacraenta quæ sumpsimus; et intercedentibus omnibus Sanctis tuis presta: ut hoc tuum Sacramentum non sit nobis reatus ad penam, sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum; sit vivorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Oratio cum indulgentia trium annorum

CONCESSA A PIO IX.

Obsecro te, Dulcissime Domine Iesu Christe, ut Passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar atque defendar; Vulnera tua sint mihi cibus potusque, quibus pascar, inebrier atque delecter: aspersio Sanguinis tui sit mihi ablutio omnium delictorum meorum: Mors tua sit mihi gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exultatio, sanitas et dulcedo cordis mei. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O Mater inviolata et intemerata, semper pura, casta, ab omni peccati labe semper immunis et cunctarum virtutum sacrarum, pro me pauperculo orare digneris, ut in Dei amore semper vivam, jugiter crescam et tandem cursu hujus labilis vitae feliciter peracto, beato fine quiescam, Deum aeternaliter tecum possessurus in celis. Amen.

Oratio ad Santos.

Ad vos, o S. Angele Custos, S. Joseph, SS. patroni mei NN. et Sancte N. suppliciter recurro, ut vobis intercedentibus fructus hujus Sacrificii perpetuo conservem, in fortitudine cibi illius ambulem per hujus mundi desertum usque ad montem Dei, et ibi, Iesum revelata cornens facie, visu sim beatus ejus gloriæ. Amen.

DIES VI.

ANTE MISSAM.

Nullum aliud opus adeo sanctum a Christi fidelibus tractari potest, quam hoc tremendum Sacrificium, unde satis apparet omnem operam in eo ponendam esse, ut quanta maxima fieri potest cordis munditia atque exteriori devotione ac pietatis specie peragatur.
(S. Conc. Trid. sess. 22.)

Actus adorationis.

Pronos te adoro, Suprema Majestas, te veneror et nihilum meum ante te profiteor. Utinam omnium tuorum Electorum adorationis actus corde, ore et opere exercere possem; Sed pro me adorent te omnes Angeli; pro me ante te flectatur omne genu coelestium, terrestrium et infernorum. Amen.

Actus fidei.

Credo in te, IESU Veracissime, credo et confiteor te in augustissimo Sacramento Corporis et Sanguinis tui vere presentem esse, Deum meum et Dominum meum. Credentem adjuva, ut in hac fide constanter vivam et sancte moriar. Amen.

Actus spei.

In te confidit peccatrix anima mea, Eucharistice Jesu, quia in hoc Sacramento salus es omnium in te sperantium. Sperantem benignus respice et concede ut peccatorum sordibus ablutus, immaculatam Corporis et Sanguinis tui hostiam sic suscipiam, ut digne te sumentibus promissam consequar vitam æternam. Amen.

Actus charitatis.

O Jesu, qui, ut immensum tuum in me amorem probares, Corpus tuum in cibum et Sanguinem tuum in potum reliquisti: te amo toto corde, tota mente, tota virtute. Atque utinam omnium hominum et Angelorum affectus et amores in mea essent potestate, omnibus et singulis intensissime super omnia nunc et in perpetuum amare te vellem, quia omni amore dignissimus es. Da, Domine Jesu, ut te semper in vita et in morte ita diligam, sicut tu amari dignus es. Amen.

Actus desiderii.

Quem admodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus, Salvator meus. Ad te venio, post te clamo esuriens et sitiens: da mihi Panem tuum supersubstantiale, da Vinum quod miscuisti, ut refociletur anima mea: te unice semper desideret et æternum in te quiescat. Amen.

Actus humilitatis.

O Supremæ Majestatis Deus, qui Rex regum es, et Dominus dominantium, quomodo presumam ad te accedere vermiculus terræ, tot oneratus miseris et peccatis? Qua fiducia coram te apparebo, Justissime Judex, in cuius conspectu columnæ cœli contremiscunt? Respic miseris corditer, Piissime Jesu, servum tuum, et quem tam amanter invitas, beneficio tuo reddas dignum. Amen.

Actus contritionis.

Doleo, mi Jesu, ex intimis animi mei visceribus,

et utinam infinite dolere possem, quod te Deum, Redemptorem meum benignissimum offenderim, qui me usque adeo dilexisti, ut mortem acerbissimam pro me subire non renueris. Ignosce, quæso, supplieiter veniam petenti; miserere servi tui, pro quo vox Sanguinis tui interpellat. Ecco firmissime statuo universa deinceps peccata fugere, et hactenus commissa in amaritudine animæ tibi recogitare. Adjuvet me, Deus, gratia tua! Amen.

Directio intentionis.

Omnipotens, Sempiterne Deus, en ego omnium indignissimus famulus tuus, quem sacris Altaribus tuis pro summa pietate tua adstare voluisti, assisto conspectui ter adorandi Majestatis tuae timens at tremens et apud te legationem fungens. Quam maximo possum amoris, reverentiae et devotionis affectu volo et intendo Sacrosanctum Sacrificium Missæ juxta ritum Sancte Romanae Ecclesie tibi offerre, et ex nunc illud tibi offero una cum omnibus Sacrificiis, tibi umquam oblatis, et in ævum offerendis, in unione admirabilis illius Sacrificii, quod Unigenitus tuus, Summus et Æternus Sacerdos in ultima Cœna instituit, et in Cruce consummavit. Et primo quidem in holocaustum tamquam Creatori ac Summo Principio meo, rerumque omnium Supremo Domino; in hostiam eucharisticam pro innumeris beneficiis, quæ Beatissimæ Virgini, Angelis et hominibus et speciatim mihi indignissimo hactenus contulisti; in victimam propitiatoriam pro meis omniumque hominum peccatis; et tandem in Sacrificeum impetratorium pro totius Ecclesie militantis et patientis meisque tibi notis necessitatibus. Fae me ergo, Domine, dignum Altaribus tuis Ministrum; ut quod mea voce depromitur tua sanctificatione firmetur. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O Mater Jesu Christi, Mater amabilis, amabilis Deo, amabilis hominibus, amo te toto cordis affectu; merear quoque amari a te, quæ cum Ecclesia nobis in clamas: *Ego diligentes me diligo!* monstra te meam esse Matrem, et ora pro me, ut digne ad Sancta Sanctorum ingrediar. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Domine Jesu Christe, qui me ad officium Sacerdotiale eligere dignatus es, nunc ad sacra Mysteria recolenda accedens, indignitate mea sum perterritus. Quapropter Sancti Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. et N. et Sancti N. merita et virtutes tibi offero, orans ut horum intuitu mihi meam indignitatem condonare digneris. Amen.

DIES VI.

POST MISSAM.

Gratiarum actio.

Verum ergo est, mi Jesu, et firmissime teneo, te intra me taliter existere; ita te mihi esse unitum, verum Deum et Hominem, ut unum sis tecum et ego unus tecum. O mira dignatio! O amor immensus! Audite insula et attendite populi de longe et narrabo vobis quanta fecit Deus anime meæ: cum essem abjectus in domo mea, de pulvere erexit me et constituit me cum Principibus populi sui, ut comederem Panem et biberem Vinum in Mensa sua omnibus diebus vite meæ. Quas ergo tibi modo gratias referam, mi Misericordissime Jesu, pro tam ex-

celso et incomparabili beneficio; aut quid retribuam tibi pro omnibus que tribuisti mihi? Tantum tibi debo, quanti tu vales qui infinitus es; sed en totum metihi in holocaustum offero et plus quam me totum, et ex toto corde meo, et plus quam ex toto corde meo. Jubilent et benedicant tibi, (utinam infinite) cor meum, anima mea, vires, sensus, potentiae et quidquid in me est motus. Jubilent et benedicant tibi mecum universi populi, tribus et linguae, omnes Angeli et Electi tui, et laudem tibi perpetuam dicant cunctae creature, quemcumque coeli, terrae et abyssi ambitu continentur. Tibi soli, Regi saeculorum immortali, omnishonor, laus, gloria et gratiarum actio, qui es benedictus Deus et laudabilis in saecula. Amen.

Pie petitiones.

Piissime Jesu, qui me Corpore tuo immaculato et pretiosissimo Sanguinerefecisti, ignosce obsecro indignitati mea, et quidquid in hujus Missae celebratione deliqui, misericorditer indulge, meritorumque tuorum excessu benignissime supple. Ne me patiaris ob defectum meum sine fructu a te recedere, sed operare mecum misericorditer, sicut cum Sanctis tuis operatus es mirabiliter, et fac me ambulare in fortitudine cibi illius usque ad montem perfectionis. Dirige corpus et animam meam, omnes cogitationes, verba et actiones meas, omnia interiora et exteriora mea secundum voluntatem tuam ad maiorem nominis tui gloriam et honorem, et concede mihi quae tibi sunt placita ardenter concupiscere et perfecte adimplere. Averte a me omnem vanitatem, inanis gloriae appetitum, divitiarum cupiditatem, carnis concupiscentiam, oris scurrilitatem, ventris intemperantiam, scelera odii et detractionis omnemque vindictae affectum. Esto, mi Eucharistice Deus, mo-

tuum meorum tam carnalium quam spiritualium perfecta quietatio, contra insidias inimicorum meorum tam visibilium quam invisibilium firma defensio, omnium vitiorum meorum evacuatio; charitatis et patientiae, humilitatis et obedientiae, mansuetudinis et prudentiae, sobrietatis et continentiae, omniumque virtutum augmentatio; et sic in hoc saeculo in preceptis tuis et in vocazione mea me fac perseverare, ut ad illud ineffabile convivium aliquando merear admitti, ubi tu cum Patre et Spiritu Sancto Sanctis tuis es plena satietas, consummata jucunditas et perfecta felicitas. Amen.

Alia Oratio ad Jesum.

Obsecro te, Mitissime et Bone Jesu, ut haec immortalis Hostia pro me tibi gratias referat, me tibi reconciliet, me tibi restituat, mihi peccatori veniam trahuat et ad vitam perducat aeternam. Amen.

Anima Christi. etc. pag. 45.

Oratio

EX MISSALI ROMANO.

Sumptis Redemptionis nostre muneribus, praesta quæsumus, Misericors Deus, eorum nobis celebracione tuae Protectionis contra omnes adversitates subsidium. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Oratio

S. FRANCISCI ASSISIENSIS.

Domine Deus, cœlestis Pater, respice in hanc glo-

riosam Christi tui faciem, et miserere mei et cæterorum peccatorum, pro quibus benedictus Filius tuus et Dominus noster dignatus est mori, et pro quorum salute et consolatione in Sancto Sacramento Altaris nobiscum voluit remanere: cum quo Divino Filio tuo et Spiritu Sancto tu es unus Deus, et vivis in sæcula saeculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Beatissima Mater Jesu, *Mater amabilis quæ cunctis ad te confugientibus misericordia tuae sinum aperis,* ad te supplex recurro, orans et obsecrans, ut fructus hujus sanctissimi Sacrificii copiose anime mee donentur, illos sollicite custodiam, et per sanctum eorum usum, te juvante, me ad majora iudicis percipienda disponam. Amen.

Oratio ad Santos.

Intercedite pro me, S. Angele Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N. N. et Sancte N. et piissimo vestro interventu et patrocinio obtinetem mihi, ut semper per charitatem in Domino meo Jesu Christo permaneam et ipse, sicut promittere dignatus es, in me maneat per gratiam suam. Amen.

DIES VII.

ANTE MISSAM.

Sacerdotium in terris peragitur, sed in rerum cælestium ordinem referendum est (S. Chrys. Dial. L. III.)

O Sacerdos Dei, si altitudinem cœli contempleris, altior es; si Dominorum sublimitatem, sublimior es, solo Deo et Creatore tuo inferiores es. (Cass. de Cat. Gior.)

Actus Fidei.

Credo, Veracissime Jesu, te Deum et Dominum meum sub candido specierum Sacramentalium velamine esse præsentem, et pro hac assertione millies mori paratus sum, Credo inquam, quod in hoc Sacramento Corpus tuum gloriosissimum vere adest sole splendidius, electum ex milibus cum ea integritate, pulchritudine et Majestate, qua in cœlo existit. Ibi dem adest Sanguis, olim pro omnium salute effusus. Ibi Anima tua, in qua sunt omnes thesauri gratiae, sapientiae et scientiae Dei. Ibique denique latet Divinitas tua, Verbum scilicet omnipotens, per quod Pater loquitur; et quia tu in Patre et Pater in te est, adest etiam Pater, te Verbum suum generans; adest et Spiritus Sanctus utriusque nexus et amor. Hoc est compendium omnium mirabilium tuorum, cuius veritatem infallibilem, telargente, per gladios, enses et flamas omnes profitebor.

Actus desiderii.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita et multo plus ad te, Salvator meus, desiderat anima mea; sitio enim, Domine, lassatus in via iniquitatibus; sitio te veniam aquarum viventium; sitio Sanguinem tuum, quem in potum nobis tribuisti; renuntique consolari anima mea, donec epuletur in mensa tua. Miserere ergo mei, Fili David, et da mihi Panem vitae æternæ et Vinum germinans Virgines, ut refocilletur deficiens anima mea.

Actus humilitatis.

Desiderat ad te, Domine, anima mea, sed me re-

tinent in via summa dignitas tua et ima indignitas mea. Tu es Rex regum et Dominus dominantium ; tu sanctitas increata, in cuius conspectu ipsi Angeli non sunt mundi ; tu sol mirabiliter illuminans a montibus æternis ; ego vero vermis terræ, animal immundum, omnium calamitatum ludibrio expostum, insanis passionum motibus continuo agitatum, vas contumeliae et filius tenebrarum. Quomodo presumam ad te accedere ? ego in quo nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Quia fiducia miserabilis peccator coram te apparebo, Justissime Judex, in cuius præsentia columnæ cœli contremiscunt ?

Actus fiducie.

Non auderem, Celsissime ac Sanctissime Deus, ad aram tuam gressus meos dirigere, teque in eo immolare et suscipere, nisi fiduciam præberes mihi ; sed tu qui noscis figuramentum meum, et quod in peccatis conceperit me mater mea, invitas me ad Altare tuum, et vis ut sumam te Deum meum, dicens : venite, comedite Panem meum et bibite Vinum, quod miscui vobis ; nisi manducaveritis Carnem Filii Hominis, et biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis. De tua igitur benignitate confusus accedo ad te, ut ovis morbida ad pastorem, ut infirmus ad medicum, ut reus morti obnoxius ad advocatum ; ut me foveas, protegas et salves. Abyssus nihil mei abyssum invocat bonitatis tuae ; et licet peccata mea plura et gravissima sint, ea tamen nihil sunt, quamvis plura et graviora forent, si cum misericordia et pretio Sanguinis tui conferantur. In hoc reposita est fiducia mea, et gaudeo quod nihil in me sit, in quo possim confidere. Misereberis mei et salvabis me ; quia numquam deseris sperantes in te.

Actus amoris.

Amantissime Jesu, qui exiturus ex hoc mundo extium pignus amoris dedisti mihi, parans in conspectu meo Mensam habentem omne delectamentum, redamo te unicum meum solatium in hoc exilio, unica spes languentis animæ, unica mea felicitas, et summum bonum, quo in terra frui licet : redamo te ex toto corde meo, et utinam omni momento te ferventius semper amarem. Amorem, quæso, meum teipso inflamma, qui esca et pabulum amoris es. O ignis ardens et numquam deficiens, ure renes et cor meum, ut ardeant amore tui. Ignem venisti mittere in terram, accende illum et eventila, ut semper crescat : potius pereat omnis substantia mea, quam amor tui in me pereat.

Actus contritionis.

Sed eheu ! Domine Jesu, tam miser sum, tam indigne usque huc in sancta mea vocatione vixi, tam sæpe et tam graviter Divinam tuam offendii Majestatem ; vere iniquitates meæ supergressæ sunt capillos capitis mei ; sed de iis nunc sincere doleo ob amorem tui super omnia, et potius mori volo, quam te posthac offendere.

Directio intentionis.

Tibi, Domine Deus, offero Sacrificium corporis et Sanguinis unigeniti Filii tui, in recognitionem supremæ tuae Majestatis. In gratiarum actionem pro gloria tua, pro gloria Sanctæ Humanitatis Domini nostri, Jesu Christi, sicut et pro omnibus beneficiis mihi et toti humano generi concessis. In remissionem peccatorum meorum et peccatorum totius mun-

di, uti et in reparationem omnis injuriæ tibi per peccata illatæ. Tandem in imprestationem gratiarum N. et N. pro me et illis vivis et defunctis, pro quibus offerre intendo. Simul cum hoc meo Sacrificio offero tibi omnia Sacrificia et bona opera per universum mundum tibi hodie oblata, enixe rogans, ut ea accepta habere digneris, nosque eorum fructuum reddere participes.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

Oratio ad B. M. V.

O Mater admirabilis, o prodigium naturæ et gratiæ, que, immaculata in tua conceptione, omnibus donis corporis et animæ meruisti ditari et in Matrem eligi Redemptoris, in me abjectissimum digneris respicere, ut sine noxa altari ministrem, et a dilectissimo Filio tuo, Domino nostro, Jesu Christo, omnibus virtutibus merear ornari, quibus digne ejus ad sanctum Altare locum queam tenere. Amen.

Oratio ad Santos.

Per merita et intercessionem S. Angelii Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. te suppliciter deprecor omnipotens Deus, ut salvifica hostia hodie per manus meas ad thronum majestatis tuæ cum odore suavitatis ascendat et gratia tua super me et super omnes, vivos atque defunctos, pro quibus sanctum Sacrificium offerre propono, copiose descendat. Amen.

DIES VII.

POST MISSAM.

Gratiarum actio.

Quid retribuam Domino pro omnibus, que in Mensa coelestis convivii retribuit mihi? Venite ad me omnes Electi et Sancti Dei, audite et narrabo vobis, quanta Deus fecerit animæ meæ: cum essem pauper et abominabilis, nec auderem oculos meos elevare in cœlum præ multitudine iniquitatum meorum, magnificata est super me misericordia ejus: mihi dedit saturari de Carnibus suis et proprio suo Sanguine inebriari. Laudes agite ei pro me universi populi, tribus et lingue; jubilate ei omnes creaturæ, quas universus orbis in suo ambitu comprehendit. Benedic in idipsum anima mea Domino, et omnia, que intra me sunt, nomini Sancto ejus. Benedic anima mea Domino, qui coronat te in misericordia et miserationibus, et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Actus oblationis.

Servus tunc sum ego, Domine Deus, et pro tributo servitutis meæ aliquid tibi offerre vellem, quod Majestate tua dignum foret; sed hoc excedit facultatem meam et debitum meum, quia tantum tibi debeo, quanti tu vales, qui infinitus es. Offeram interim Majestati tuæ quod possum: trado enim me tibi in servum perpetuum abjecta de me omni cura et sollicitudine. Quidquid mihi evenire permiseris a Divina manu tua illud amantissime suscipiam. Vivat semper et regnet super me beneplacitum tuum, quod in omni verbo, actione, cogitatione et levissimo quoque motu implere desidero. Suscipe igitur me, Do-

mine, animam meam et corpus meum, ut sim per-
petuum holocaustum, jugiter ardens coram te. Præ-
sta, ut deinceps nec membra, nec sensus, nec po-
tentias, nec vitam habeam, nisi ut te amem et serviam
tibi.

Devoti affectus et aspirationes ad Jesum.

Salve mi Jesu, dulcis hospes animæ; te saluto ex
intimis animæ mee visceribus, et qua possum devo-
tione et veneratione te excipio. Fac ut deinceps nil
aliud desiderem, nisi aliud in votis habeam, nisi ut
serviam tibi; omnibus enim votis me tibi in servum
perpetuum offero, et ad omne beneplacitum tuum
me totum resigno.

Salve Corpus Jesu Sacratissimum, quinque vulne-
ribus sauciatum; pone te ut signaculum super cor
meum, et imprime illi charitatem tuam, ut hoc san-
cto succensus igne, jugiter tibi ardeam.

Salve Sanguis Jesu pretiosissime, qui omnem ho-
minem abluis et purificas; lava animam meam, et
pone signum in faciem meam, ut nullum præter te
umquam amatorem admittam.

Salve Jesu, Rex cordium admirabilis, et affectuum
nostrorum triumphator nobilis; sim modo totus cor,
ut totus amem te: sint omnes sanguinis mei guttulae
tot corda, ut singulis te intensissime amare valeam.
Quoties aspiro, quoties respiro, imo ad omnem ictum
oculi, ad singulos arteriæ pulsus, toties repetere volo:
Adoro te profundissime, mi Jesu Eucharistice; te amo
corde et affectu omnium, quia meamasti in immensu.

Salve Jesu, Amor meus! O quam amare et sincere
doleo, quod te, Deum meum, summum et unicum
bonum meum toties et tam graviter offendiderim. Unum
nunc a te peto, id ne, queso, deneges mihi: Moriar
potius millies et millies, quam vel in minimo am-
plius deliberate delinquam!

Salve Jesu, sola jucunditas mea, unica salus ani-
mæ meæ, Deus meus et omnia! Vive nunc, et regna
in me semper! Verte mihi terrena omnia in amari-
tudinem, omnia infima et creata in contemptum et
oblivionem. Attrahe cor meum ad te in cœlum et ne
dimittas me vagari super terram. Aufer a me amo-
rem hujus sæculi, et nihil mihi ultra sapiat, nihil me
alliciat, nihil delectet nisi tu.

Anima Christi. etc. pag. 45.

O Jesu, mi dilecte!
Amabo te perfecte.
Dum me amoris telo
Transfixeris e cœlo.
Transfige, ah transfige me!
O Jesu dilectissime!

Oratio ad B. M. V.

Confugio ad te, *Mater admirabilis*, quæ Jesu-Chri-
ti Mater esse meruisti, ipsum nutritivisti, illicite ut
pia Mater semper et in omnibus adfuisti; sis etiam
mihi *Mater admirabilis*, me custodiendo et protegen-
do, ne unquam a via justitiae recedam, sed econtra
viam perfectionis, sicut ex vocatione mea Sacerdotali
teneor, firmo gressu percurram. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Te laudent et pro me benedicant, Domine Jesu
Christe, S. Angelus Custos, S. Joseph, SS. Patroni
mei N.N. et Sanctus N. et apud thronum gratiae tuæ
pro me deprecari dignentur, ut prospera mundi de-
spiciens, nullaque ejus adversa formidans, securus
tandem ad teperveniam, et te sine fine, cum Angeli-
orum et Sanctorum agminibus, laudem, benedicam et
amem in cœlis. Amen.

DIES VIII.

ANTE MISSAM.

*In Lege Veteri Deus a Sacerdotibus omnimodam exigit mundiam, dicens: Mundamini qui fertis vasa Domini! • quanto mundiores esse oportet, qui in manibus et in corpore suo portant Christum? (Petr. de Blois Ep. 123.) LAMMAM
VERITATIS*

Oratio ad Patrem.

Respice, Clementissime Pater de sanctuario tuo et de excelso cœlorum habitaculo et intuere hanc immaculatam Hostiam, quam tibi offerit Magnus Pontifex noster, Jesus Christus, Filius tuus, Salvator mundi: pro peccatis fratrum suorum. Esto placabilis super multitudinem malitiae nostre: quia vox Sanguinis Domini nostri clamat ad te de Cruce. Hic est justitia mea et sanctificatio, ac redemptio mea. Averti faciem tuam a peccatis meis et respice in faciem Christi tui; ejus enim meritabili offero omnemque fiduciam in eis defixam habeo. Impellit me ministrandi necessitas, terret conscientia indebiti Sacerdotii: sed rogo te ne despicias mihi creditæ dispensationis officium, licet in me boni operis testimonium non agnoscas. Et quia me indignum mediatorem esse voluisti inter te et populum tuum, ne me repellas a tua pietate cum divinissimis donis tuis venientem ad te: ut, inculpate accedens ad gloriam tuam, dignus sim, qui operiar protectione Unigeniti Filii tui et illuminatione Spiritus Sancti; utque, pro omnibus deprecans, pro omnibus exaudiar, te prestante, Deus meus, Pater misericordiarum, qui cum eodem Filio tuo in unitate ejusdem Spiritus Sancti vivis et regnas in sæculorum. Amen.

Oratio ad Filium.

Gratias ago tibi Domine Jesu Christe, pro ineffabili tua charitate, qua transiturus de hoc mundo ad Patrem, Mensam mihi parasti in dulcedine tua. Mensam prorsus regalem, omne delectamentum in se habentem; Mensam pretiosissimam Corporis et Sanginis tui: ut adipe et pinguedine repleatur anima mea, et secreto illapsu nutritionis tuæ roboretur infirmitas mea. Sed quomodo accedam ad te ego homo miserinus et omni ornamento destitutus? Obsecro ergo te, benignissime Salvator, cuius charitas immensa est, cuius bonitas, infinita, ut Sanguine tuo animam meam lavare et super nivem dealbare, atque meritis tuis induere digneris. Obsecro quoque Beataissimam Virginem, Matrem tuam, et omnes Electos tuos, ut pro me tibi offerant charitatem, fidem et devotionem, qua hoc augustissimum Sacramentum suscepserunt ab initio institutionis ejus usque in presentem diem. Et quia particeps sum omnium timentium te, offero tibi omnium Sacerdotum, omniumque fidelium hac die celebrantium et communicantium pietatem et puritatem; offero omnium justorum, a mundi origine usque ad ejus consummationem, virtutes et merita, ac pios affectus erga te, dulcissime Jesu, in Venerabili Sacramento vere praesentem. Hos, inquam, aliosque sanctos affectus offero tibi in supplementum insufficientiæ meæ, et eas, si possem, cum maxima intentione elicere ad laudem et gloriam tuam, quia dignus es. Suscipe, Domine, hoc desiderium meum meritisque placatus Electorum tuorum, ne a Mensa tua repellas me; quatenus hoc cibo satiatus, hoc recreatus potu, vitam habeam et abundantius habeam, hic et in æternum. Amen.

Oratio ad Spiritum Sanctum.

Veni Sancte Spiritus, Amor Patris et Filii ; veni e patria felicitatis et cordis mei penetralibus tam potenter illabere, ut vitia omnia et defectus meos tuo igne consumas, et cuncta peccata mea remittas. Fac me dignum Sacris Altaribus Ministrum, meque torrente tue voluptatis inebria, ut coelesti suavitate in hac Divinissima Mensa degustata, nihil venenatae mundi dulcedinis libeat amplius degustare. Imbat mea et perficiat Septiformis Spiritus tuus et ad illum scientiae gradum fac me pertingere ad quem pervernit Apostolus tuus cum dicebat, se nihil scire nisi Jesum Christum et hunc Crucifixum. Roboretur infirmitas mea fortitudine tua, vincat bonitas tua malitiam meam, et deformitas mea tua pulchritudine decoretur. Sursum erige me per aeternorum affectionem, uni me tibi per Divinum amorem, conserva per finalem perseverantiam ; ut tuo ductu revolet anima mea ad te principium et finem suum, a quo numquam separetur. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Sancta Virgo Maria, quæ *Mater Creatoris* fieri meruisti, me famulum tuum, Hostiam immaculatam in Altari oblatum, clementer respice ; ut in conspectu Divinae Majestatis pro mea et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat, et gratia e summo celorum habitaculo super me et super omnes pro quibus celebrare intendo, per illam copiose descendat. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Obsecro clementiam tuam, piissime Domine Iesu Christe, praestent mihi haec immaculata Mysteria per

intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N., fidei, spei et charitatis augmentum, sintque mihi et omnibus, tam vivis quam defunctis, pro quibus sacrificium offerre intendo, causa salutis aeternæ. Amen.

DIES VIII.

POST MISSAM

Oblatio.

Quid retribuam tibi pro dignatione hac, Iesu mi dulcissime? quodnam donum hoc prægrande exæquabit beneficium? Si corpus et animam dederò pro hac dilectione, quasi nihil reputabitur. Quid igitur deferas, o animæ meæ Spouse dilectissime? Utinam Seraphinorum corda, tuo amore succensa nimium, una cum cordibus Sanctorum omnium in celo terraque tibi placentium possiderem; omnia illa corda in gratiarum actionem pro tanto offerrem beneficio. Verum, o piissime Iesu, haec corda mea non sunt; quid igitur tibi offeram? Audio vocem tuam super mel et favum dulciorem: Fili, præbe cor tuum mihi! O amator noster, cuius deliciae sunt esse cum filiis hominum, petisne in remunerationem cor meum? Quomodo illud tibi denegabo, qui fabricasti illud? Utinam purum et sine macula tibi illud offerre valerem! Sed, eheu! multis illud criminibus maculavi! Utinam modo presentia tua Sanctissima liquefias, purificet; ut, despactis quibus adhaeret, transitoris, tibi soli placeat! Accipe cor meum, quod tibi voluntate integra offero, ut igne amoris tui resorbetur. Jaculo amoris tui transfige illud, quia sit te. In signum vero amoris reciproci renuntio omni delectationi terrenæ propter te; mundum ejusque vanitatem contemno et semper contemnam. Ne ergo

permittas me posthac amplius separari a te ; ne patiaris ut profana cor meum subeant, in quo mansio-
nem tuam dignatus es eligere ; ne admittas cogita-
tiones aut desideria vana vel peccaminosa ad lectum,
in quo ipse re quiescis. Quantum in me est, gratia
tua propono fortiter me facturum, ut proposita haec
amore tui concepta, opere compleam.

Oratio ad Jesum.

O Patris Sapientia, natus de Virgine, qui non es
designatus Venerabile Corpus tuum tangi et sumi
a me indigno peccatore ; quid tibi digne reddam pro
omnibus que retribuisti mihi ? Si totius mundi me-
rita in unum essent congesta, non valerent tuæ di-
gnationis aliquatenus comparari. Gratias ergo ago tibi
Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, et gratiarum
actiones pro posse fragilitatis meæ tua tremendaæ
Majestati et immensaæ Pietati refero, quod Sacro Cor-
pore tuo et Sanguine animam nimis aridam dulciter
refecisti. Rogo te, ut quidquid in me vitioum ac
tuæ voluntati contrarium invenitur, Communione
hujus Sacramenti funditus evacuetur et cor meum
dignum Sancti Spiritus habitaculum preparetur. O
dulcissime Iesu, sit hoc Sacramentum Corporis et
Sanguinis tui sanitas et dulcedo animæ meæ, salus
et sanctitas in omni tentatione, pax et gaudium in
omni verbo et opere, solamen et tutela finalis in
morte, ut in illa hora suprema, Divino tuo Corpore
refectus, et firmatus, et Sanctissimo Sanguine ablu-
tus et mundatus, cum fiducia in conspectu tuo ap-
paream. Amen.

Oratio in postulationem beneficiorum.

Clementissime et misericordissime Iesu, miserere
Ecclesie tuæ, miserere mei et hujus loci. Concede,

ut sit in me, hic et ubique, humilitas, pax, charitas,
continentia, puritas et sanctitas. Concede, ut omnes
digne emendemus et corrigamus nos, et timeamus
te, et serviamus tibi fideliter, et diligamus te, et pla-
ceamus tibi. Commando pietati tuæ omnia negotia
et necessitates nostras. Miserere omnium hominum
pro quibus omnibus ac singulis Sanguinem tuum
fudisti. Eja converte et revoca miseros peccatores.
Da vivis gratiam et veniam : da fidelibus defunctis
requiem lucemque sempiternam. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio

S. FRANCISCI ASSISIENSIS.

Absorbeat, quæso Domine, mentem meam ab om-
nibus, quæ sub cœlo sunt, ignita et melliflua vis
amoris tui : ut amore amoris tui moriar, qui amore
amoris mei dignatus es mori : per temetipsum Fi-
lium Dei, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et
regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O beatissima Virgo Maria, digna quæ *Mater Crea-
toris* fieres, suppliciter te invoco, pro me intercede,
ut usque ad ultimum vitæ meæ halitum Christo-
Iesu, Creatori meo, fidele servitum exhibeam, et
tandem, cum in sæculorum fine ad judicandum ve-
nerit, stola gloriose immortalitatis, fidi servo pro-
missa, ab ipso merear vestiri. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Tibi, Domine, merita et laudes offero S. Angeli
Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N.N. et

Sancti N., te humiliter deprecans, ut, ipsis intercedibus, per hujus Sacramenti virtutem bonum certamen certare, cursum consummare, fidemque servare valeam, et tandem a te justo Judice coronam justitiae obtineam in cœlis. Amen.

DIES IX.

ANTE MISSAM.

Quidquid est effectus Dominicæ Passionis, est effectus hujus sacrificii. (S. Thom. in Eph. 6.)

Quoties hujus Hostie commemoratio recolitur, toties opus nostræ Redemptoris exercetur. (Orat. Dom. IX post Pent.)

Una enim eademque est Hostia, idem nunc offerens sacerdotis ministerio, qui scipsum in Cruce obtulit, sola ratione offerendi diversa. (S. Conc. Trid. sess. 23.)

Actus Fidei, Spei, Charitatis et Contritionis.

Credo in te, Domine Jesu Christe, quia tu es summa veritas, qui dixisti : Caro mea vere est cibus et Sanguis meus vere est potus. Spero in te, o Misericordia infinita, quia tu bonus erga nos promisisti : Si quis manducaverit ex hoc Pane, vivet in aeternum. Amo te, o Bonitas aeterna, super omnia, charitate quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis ; et ideo doleo ex toto corde de peccatis commissis, eaque detestor cum proposito non peccandi de crætero ; cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

Confessio Sacerdotis ante Missam.

Confiteor tibi Deo omnipotenti omnia peccata mea, quæcumque ab infantia usque nunc scienter autigno-

ranter commisi, et quæcumque præsertim in hac die ac nocte in verbo, in facto, et cogitatione contra tuam sanctissimam voluntatem patravi. Tibi confiteor et veniam peto, ut ira tua non veniat super me miserum peccatorem, sed benedictio tua descendat super me et maneat semper. Suscipe hanc confessionem meam, Domine Deus meus, unica spes salutis mee, de quibuscumque peccatis, gulæ, ebrietatis, luxuriae, acedie, somnolentie, iræ, cupiditatis, invidie, detractionis, murmurantis, mendacii, vanæ glorie, levitatis, inobedientie, atque superbiae ; de omni cogitatione, locutione, atque multis peccatis meis, quorum umquam coram te reus fui. Qui justificas impium et vivificas mortuos, resuscita me, Domine Deus meus, et indulge famulo tuo. Sum enim peccator indignus, qui presumo ad tuum sanctum Altare accedere, et te invocare. Peccavi coram te Domine, et coram angelis tuis sanctis. Tribue mihi indulgentiam omnium delictorum meorum. Confirma me in operibus bonis et doce me facere voluntatem tuam omnibus diebus vite mee. Praesta, ut tuum Sacro-sanctum Corpus et Sanguinem percipiere merear cum recta fide, spe firma, et perfecta charitate, non in iudicium et condemnationem animæ mee, sed in remissionem omnium peccatorum meorum, et ad profectum in scientia Sanctorum, et stabilitatem in via salutis aeternæ, ut tandem illuc merear introire, ubi tu summum bonum es, et ineffabile gaudium Angelorum et Sanctorum omnium. Amen.

Oratio ad Sanctum Spiritum.

Spiritus gratia et misericordiae, ecce accedo ad Sanctum Altare, locum terribilem et metuendum, scalam cœli, per quam Deus ad nos descendit, et nos ad Deum ascendimus, ad ministerium omnium mi-

Sancti N., te humiliter deprecans, ut, ipsis intercedibus, per hujus Sacramenti virtutem bonum certamen certare, cursum consummare, fidemque servare valeam, et tandem a te justo Judice coronam justitiae obtineam in cœlis. Amen.

DIES IX.

ANTE MISSAM.

Quidquid est effectus Dominicæ Passionis, est effectus hujus sacrificii. (S. Thom. in Eph. 6.)

Quoties hujus Hostie commemoratio recolitur, toties opus nostræ Redemptoris exercetur. (Orat. Dom. IX post Pent.)

Una enim eademque est Hostia, idem nunc offerens sacerdotis ministerio, qui scipsum in Cruce obtulit, sola ratione offerendi diversa. (S. Conc. Trid. sess. 23.)

Actus Fidei, Spei, Charitatis et Contritionis.

Credo in te, Domine Jesu Christe, quia tu es summa veritas, qui dixisti : Caro mea vere est cibus et Sanguis meus vere est potus. Spero in te, o Misericordia infinita, quia tu bonus erga nos promisisti : Si quis manducaverit ex hoc Pane, vivet in aeternum. Amo te, o Bonitas aeterna, super omnia, charitate quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis ; et ideo doleo ex toto corde de peccatis commissis, eaque detestor cum proposito non peccandi de crætero ; cor contritum et humiliatum Deus non despicies.

Confessio Sacerdotis ante Missam.

Confiteor tibi Deo omnipotenti omnia peccata mea, quæcumque ab infantia usque nunc scienter autigno-

ranter commisi, et quæcumque præsertim in hac die ac nocte in verbo, in facto, et cogitatione contra tuam sanctissimam voluntatem patravi. Tibi confiteor et veniam peto, ut ira tua non veniat super me miserum peccatorem, sed benedictio tua descendat super me et maneat semper. Suscipe hanc confessionem meam, Domine Deus meus, unica spes salutis meæ, de quibuscumque peccatis, gulæ, ebrietatis, luxuriae, acedie, somnolentie, iræ, cupiditatis, invidie, detractionis, murmurantis, mendacii, vanæ glorie, levitatis, inobedientie, atque superbiæ ; de omni cogitatione, locutione, atque multis peccatis meis, quorum umquam coram te reus fui. Qui justificas impium et vivificas mortuos, resuscita me, Domine Deus meus, et indulge famulo tuo. Sum enim peccator indignus, qui presumo ad tuum sanctum Altare accedere, et te invocare. Peccavi coram te Domine, et coram angelis tuis sanctis. Tribue mihi indulgentiam omnium delictorum meorum. Confirma me in operibus bonis et doce me facere voluntatem tuam omnibus diebus vite mee. Praesta, ut tuum Sacro-sanctum Corpus et Sanguinem percipiere merear cum recta fide, spe firma, et perfecta charitate, non in iudicium et condemnationem animæ meæ, sed in remissionem omnium peccatorum meorum, et ad profectum in scientia Sanctorum, et stabilitatem in via salutis aeternæ, ut tandem illuc merear introire, ubi tu summum bonum es, et ineffabile gaudium Angelorum et Sanctorum omnium. Amen.

Oratio ad Sanctum Spiritum.

Spiritus gratiæ et misericordiæ, ecce accedo ad Sanctum Altare, locum terribilem et metuendum, scalam cœli, per quam Deus ad nos descendit, et nos ad Deum ascendimus, ad ministerium omnium mi-

nisteriorum altissimum, ut in eo æterno Patri offeram de te in utero Virginali conceptum, et in Salvatorem populorum per te unctum Jesum, Deum et Dñum meum, quite Paraclitum a Patrenobis misit, et perte charitatem suam in cordibus fidelium diffudit. Sed quia sine te non possum in ministrando gratus apparere, tu me, queso, virtute et operatione tua ad digne sacrificandum præpara. Tu Sacro Altari tuo ipsius in eorū meum illapsu me dignum effice. Te enim Spiritum omnium gratiarum invoco, te inclamo. Veni dolentis animæ consolator et in tribulatiōnibus adjutor. Veni mundator scelerum, veni fortitudo fragillum, elevatōr labentium, humiliū doctor et superborum destructor. Veni orphanorum pius pater, viduarum dulcis iudex. Veni spes pauperum, refocillator deficiētium. Veni navigantium sidus, naufragantium portus. Veni Sanctissime Sp̄ritus, et aufer a me quidquid displicet tibi et Patri et Filio in me, et infunde id omne quo magis possim mereri gratiam, et nunc ad digne et sancte angustissima Mysteria offerenda, et post, toto tempore meæ vite, secundum divinam voluntatem Jesu mei vivendum.

Directio intentionis.

Sanctissimum Missæ Sacrificium offerre intendo, Domine Deus, ut per illud recognoscam Supremam tuam excellentiam, cui soli Sacrificium competit; ut tibi gratias referam pro beneficiis, quæ ulli umquam creature exhibuisti; ut mihi et cunctis peccatoribus indulgentiam et veniam obtineam, et ut ego et cuncti vivi et defuncti, pro quibus celebrare volo, gratias desideratas ex illo valeamus haurire.

Oratio ad B. M. V.

Sanctissima Mater Salvatoris, quæ Ipsi in Cruce

Sacrificium suum cruentum offerenti adstitisti, me nunc idem Sacrificium in Altari oblaturum auxilio tuo firma et orationibus tuis adjuva, ut Sacrosancta illa Hostia Deo accepta, mihique et omnibus, quos in hac Missa specialiter commendare intendo, sit in salutem animæ et corporis. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Concede mihi, misericors Deus, per intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. remissionem peccatorum meorum, ut, mundus ab omni sorde peccati, sancte divina Mysteria peragam, mihique et omnibus mihi commissis et commendatis sint in augmentum gratiae, et in pignus futuræ glorie. Amen.

DIES IX.

POST MISSAM.

Oratio Eucharistica.

Benedic anima mea Domino, et omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus. Benedic anima mea Domino, et noli obliisci omnes retributions ejus. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia et miserationibus. Ingressus es ad me, benignissime Jesu, dulcis Hospes animæ meæ. Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Benedic igitur servo tuo, et fac tibi perpetuam in corde meo mansiōnem. Tu solus illud posside. Recedant vetera de ore et corde meo, nova sint omnia: tibique deinceps præparentur cunctæ cogitationes meæ. Exurge, te rogo misericordissime Jesu, in adjutorium meum, et largire mihi amodo sensuum, linguae et cogitatio-

num mearum custodiam. Averte oculos meos, ne videant vanitatem. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Ne declines cor meum in verba malitiæ. Pone custodiam ori meo et ostium circumstantiæ labiis meis. Tua solius vox sonet in auribus meis, tua solius facies mihi obversetur : Vox enim tua dulcis et facies tua decora. Apprehendam te, o Dilecta votorum meorum, ponam te ut signaculum super cor meum. Non me derelinquas in omni certamine, Jesu bone, sed respice in me oculis misericordiæ tuæ et porrige mihi dexteram tuam, ut fidelis in tua dilectione permaneam et amplius in eternum non committam, quod tibi dispiceat, aut a te me separat. Vigila quoque super me, defende me, et gratiam hanc mihi concede, ut spiritu ferventi tuum deinceps honorem et beneplacitum sitiam et perficiam, et si amodo tecum unus spiritus, unus cor, anima una. Amen.

Oblatio sacrificii peracti.

O Domine Jesu Christe, in memoriam immensæ tuæ charitatis, qua pro me natus, passus, crucifixus et mortuus es, offero tibi hujus Missæ, et omnium Missarum, quæ hodie in toto mundo fiunt, Hostiam sacrosancti Corporis et Sanguinis tui. Observans per viscera misericordiæ tuæ, ut suscipientes et Patri tuo offeras in ea virtute, qua illi, in Cruce moriens, Spiritum tuum tradidisti : ut vivis tuam gratiam et defunctis requiem et omnibus nobis misericordiam vietamque largiaris sempiternam. Singulariter tamen oro pro N. et N. Noli me propter peccata mea damnare, Domine Jesu, ab ira tua et a peccatis me liberae digneris, et presta, salutaris meus, ut cum frequentatione Mysterii tui crescat meæ salutis effectus. Obsecro te, ut mihi sit cibus, qui me confortet, nu-

triat et protegat. Da mihi gratiam, ut hujus Sacramenti perceptio sit mihi nunc et in morte, plena reconciliatio, plena peccatorum purgatio, et ad vitam æternam introductio. Amen.

Oratio ad Spiritum Sanctum

Quid tibi, o Sancte Spiritus, rependam ; qui omnis amoris, a Patre et Filio in me effusi, fons es et origo ? Per te Pater commotus dedit Filium suum unigenitum ; per te Filius inductus seipsum pro nostra redēptione obtulit. Tu illi Mariam Virginem in Matrem præparasti ; tu illi purissimum Corpus ex ejusdem Virginis carne præparasti, quod nunc ego, tuo quoque beneficio in Sanctissimo Eucharistia Sacramento suscepī. Tu hujus meritorum participem me facis : a te gratiarum omnium dona fluxerunt. Quas tibi gratias referam, o Sancte Spiritus ? Accipe cor meum, quod amoris tui et benignitatis scopum constituisse dignatus es. Tu illud, obsecro, ab omnibus peccatorum sordibus emunda et septenis illud gratiarum tuarum donis exorna, tibique gratum habitaculum præpara. Veni Sancte Spiritus. Veni Pater pauperum. Veni Lumen cordium. Veni Dator munererum. Sine tuo numine, nihil est in homine, nihil est immoxium. Da virtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Ad SS. Cor Jesu.

Fac nos, Domine Jesu, sanctissimi Cordis tui virtutibus indui et affectibus inflammari, ut et imagini bonitatis tuæ conformes et tuæ redēptionis mereamur esse participes.

O, mi Jesu amantissime, ego N., ut gratitudinem

tibi exhibeam, neconon infidelitates meas resarciam,
tibi cor meum dono, et ex integro me tibi dedico et
consecro, atque, te auxiliante mihi, propono non
amplius peccare.

Oratio ad B. M. V.

O Mater Salvatoris, adsis mihi, qui nunc eudem
Salvatorem sub speciebus Panis et Vini latentem sus-
cepit; ut animam meam ab omni peccato immunem
conseruem et post hanc labilem vitam, Salvatoris
Iesu-Christi gratia, ad vitam perenniam sempiternam,
quam repromittere dignatus es tuis, qui diligunt eum.
Amen.

Oratio ad Santos.

Per intercessionem S. Angelii Custodis, S. Joseph,
SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. te, Do-
mine, suppliciter precor, ut dum consumptis sacris
speciebus realem tuam præsentiam mihi subtrabis,
non discedas a me, paupero tuo famulo, nisi re-
linquas post te animæ meæ et corpori meo largissi-
mam benedictionem. Amen.

**DIES X.
ANTE MISSAM.**

Cum videris sacerdotem offerentem, ne ut sacer-
dotem esse putas hoc facientem; sed manum Dei invisi-
biliter extensam. (S. Chrys. Hom. 83 in Matth.)

Quis fidelium habere dubium possit, in ipsa immo-
lationis hora ad sacerdotis vocem calos aperiri, in illo
Iesu Christi Mysterio Angelorum chorus adesse, sum-
ma et ima sociari? (S. Greg. Dial. lib. 4.)

Oblatio Sacrificii.

Deus cœli et terræ infinite amabilis, ego N. miser-
rimus peccator et Ecclesie tue Minister indignissi-
mus augustissimum hoc Sacrificium Corporis et San-
guinis Filii tui offero Divinae Majestati tuae in tribu-
tum honoris et amoris debiti. Ad tuam maximam
laudem et gloriam, in protestationem supremæ tue
Excellentiae, Domini tui in omnes creaturas et no-
stre subjectionis et dependentiae a te. In memoriam
et honorem benedictæ Incarnationis, Vitæ, Passio-
nis, Mortis, Resurrectionis et Ascensionis ejusdem
Filii tui; et in obedientiam ejusdem mandati, quo
præcepit, ut idem in ejus commemorationem face-
remus. In gratiarum actionem pro universis benefi-
ciis tuis, quæ mihi indignissimo peccatori cunctisque
creaturis tuis conferre dignatus es. In honorem et
augmentum glorie Beatae Virginis Mariæ, omnium
Angelorum et Sanctorum præsertim Sancti N. cuius
hodie Festivitas celebratur. In propitiationem et sa-
tisfactionem pro peccatis meis, et totius mundi. Pro
meis præsentibus atque futuris tum animæ tum cor-
poris necessitatibus et parentum, fratribus, sororum,
consanguineorum, affinum, benefactorum, amicorum,
omnium Sacerdotum et Ministrorum Ecclesie tue,
omnium mihi commissorum, omnium inimico-
rum, omnium quibus fui scandalum vel occasio pec-
candi, omniumque illorum, quibus quocumque ti-
tulo obligor. In exaltationem Sanctæ Ecclesie Catho-
licæ; in extirpationem hæresum; in concordiam et
unionem principum Christianorum; in consolatio-
nem, auxilium, remedium, patientiam et salutem
afflictorum, pauperum, captivorum, tentatorum,
infirmorum et agonizantium; in conversionem infi-
delium; in resurrectionem lapsorum; in perseve-

rantiam justorum; in refrigerium, requiem et pacem omnium fidelium defunctorum. Primario tamen hoc sanctum Sacrificium offero ad intentionem N..... Suscipe, Domine, hanc oblationem meam in unione amoris illius, quo dilexit nos et tradidit semetipsum pro nob's Dominus noster Jesus Christus, Filius tuus: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Actus humilitatis et fiduciae.

Altissime Domine, et Deus coeli et terrae, ego sum creatura vilissima, indigna quæ cœlum aspiciam. Et ecce infinita tua Bonitas inestimabilem illam mecum vult facere misericordiam, ut habitaculum suum in anima et corpore meo stabilitat. Sed quis sum ego Domine Iesu, ut ad te, Deum meum, cretorem omnium audeam accedere? Sanctus Præcursor tuus, in utero matris sua sanctificatus, indignum se testatus est, qui solveret calceamentum tui corrigit; princeps quoque Apostolorum tuorum exclamabat: «Exi a me, Domine, quia homo peccator sum.» Altissimi Seraphini velant facies suas et in conspectu tuo trement: quomodo itaque ego terrie vermiculus præsumam te in domum meam introducere, ego qui toties te offendit, ego qui vere sum pauper et nudus, miser et cæcus et miserabilis! Quia tamen scio, o Jesu misericordissime, quod mortem peccatoris non velis, sed magis ut convertatur et vivat; quia audio te tam benigne invitantem: «Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos,» en venio ad te, pondere peccatorum gravatus, ut me exoneres. Venio laborans et miseriis ac peccatis oneratus, ut me reficias. Manducasti olim cum peccatoribus: en habes hic magnum peccatorem, qui dolens et gemens ad te venit, ut ipsius miserearis, ut ei peccata sua et

ignorantias remittas, sicque te puro recipere corde mereatur. Veni igitur, o Jesu misericordissime, ut anima mea tua mundetur præsentia, semelque tuo amore accensa, numquam amplius per peccatum a te separetur. Amen.

Oratio.

EX LITURGIA S. JACOBI.

Deus omnipotens, Domine magni nominis, qui nobis aditum ad Sancta Sanctorum dedisti, per adventum unigeniti Filii tui Domini ac Dei Salvatoris nostri Iesu Christi, supplices tuam imploramus clementiam, quandoquidem contremiscimus ac tremidimus ad sanctum Altare tuum accessuri. Fac, illabatur in nos, Deus, tua bona gratia, et animas nostras sanctifica; corporaque et spiritus, nec non cogitationes nostras ad pietatem converte; ut pura conscientia tibi dona offeramus et munera; ut delectantur delicta, quæ admisisimus, et ut toti populo tuo sis propitius, idque gratia et miseratione ac benignitate unigeniti Filii tui.

Oratio ad B. M. V.

Virgo super omnes prudentissima, Angelis et hominibus veneranda et a cunctis predicanda, mihi famulo tuo, qui te in vita et in morte laudare, venerari et predicare volo, materna pietate succurre; ut Corpus et Sanguinem Filii tui Iesu-Christi digne suscipiam, et fructus salutis uberrimi, tam mihi quam illis, pro quibus ex charitate vel ex justitia sacrificare volo et debeo, ex illa communione obveniant. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Tribue mihi, piissime Dens, per intercessionem S.

Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum, N. N. et Sancti N. hoc Sacrosanctum Missæ Sacrificium ita peragere, ut mihi et omnibus, pro quibus illud offerre propono, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, copiosus ex e gratia fructus obveniat. Amen.

DIES X.

POST MISSAM

Gratiarum actio.

O Dulcedo cordis mei, et Vita animæ meæ, et iuncta Requies spiritus mei, dulcis Jesu, immortales tibi ago gratias pro omnibus beneficiis mihi umquam collatis; signanter vero, quia hodie singulari miseratione, verum et immaculatum Corpus et Sanguinem tuum pretiosum consecravi, pertractavi, illoque in salutem et consolationem animæ meæ cibari ac nutritri dignus fui. Suscipe hoc Sacrificium meum in memoriam tuorum mirabilium, ad tuam gloriam et in remissionem omnium peccatorum tam meorum quam illorum, pro quibus orare, sacrificare et offerre proposui. Nunc vere dicere audio: Cibus meus Christus, qui manet in me et ego in illo. Multiplico ergo, et quotiescumque respiro multiplicare intendo meam voluntatem in infinitum in tuis laudibus. Preco nunc quoque Beatissimam Virginem, Angelos, Sanctos, Sanctas, imo et creaturas universas, pro me immensas tibi referre gratias. Sed quia iste minime sufficiunt, te supplico, ut temetipsum laudare et glorificare complaceas. Et quia dignatus es istam indignam cordis mei, tuam tamen facere habitationem, dignare quoque in ipso perpetuam facere mansionem.

Effice me hominem secundum cor tuum. Uni metibi intime, et totum transforma et transmuta in te. Salva me, Iesu Christe, et cunctam a me hostis antiqui repellere nequitiam. Pertuam Sanctissimam Passionem exoro te, ut digneris gratias et indulgentias omnes, quas mediante hoc Sacrificio acquirere et lucrari possum, concedere tam milii, quam aliis vivis et defunctis, quibus applicare proposui; quia te ipsum et pro ipsis exoro, pro quibus et tu' vis et Sanctissimus Pontifex intendit hac de causa me debere orare. Amen.

Oratio Eucharistica.

Omnipotens, sempiterne Deus, conservator animarum, mundique Redemptor, me famulum tuum ante Majestatem tuam prostratum benignissime respice, et Sacrificium, quod in honorem Nominis tui pro salute fidelium tam vivorum quam defunctorum, et pro peccatis et offenditionibus meis obtuli, plissime responde. Iram tuam a me remove; gratiam et misericordiam tuam mihi concede; januam Paradisi mihi pande; ab omnibus malis me potenter eripe, et quidquid proprio commisi reatu clementer indulge. Sic quoque in hoc sæculo in preceptis tuis fac me perseverare, ut dignus Electorum gregi copularie efficiar, te præstante, Deus meus, cuius Nomen benedictum, honor atque regnum permaneat in saecula saeculorum. Amen.

Pie aspirationes ad Jesum.

O bone Jesu! Verbum Patris, converte me. O bone Jesu! Agnus Dei, purifica me. O bone Jesu! Magister meus, doce me. O bone Jesu! Præceptor meus, instrue me. O bone Jesu! Princeps pacis, gubername me. O bone Jesu! Refugium meum, suscipe me. O

bone Jesu! Patientia mea, conforta me. O bone Jesu! Consolatio mea, solare me. O bone Jesu! Lux mundi, illumina me. O bone Jesu! Pax mea, recrea me. O bone Jesu, Rex meus, defende me. O bone Jesu! Panis vivus de celo descendens, satia me. O bone Jesu! Gaudium meum, visita me. O bone Jesu! Adiutor meus, adjuva me. O bone Jesu! Protector meus, protege me. O bone Jesu! Amor meus, transforma me. O bone Jesu! Via salutis, dirige me. O bone Jesu! Veritas eterna, informa me. O bone Jesu! Vita mea, vivifica me. O bone Jesu! Fili David, suscipe me. O bone Jesu! Pater meus, custodi me. O bone Jesu! Salvator meus, salva me. O bone Jesu! Mediator meus, interrella pro me. O bone Jesu! Propitiatio mea, intra Vulnera tua asconde me. O bone Jesu! Justitia mea, justifica me. O bone Jesu! Judex meus, absolve me. O bone Jesu! Dominus meus et Deus meus, posside me. O bone Jesu! Sanctificatio mea, sanctifica me. O bone Jesu! Vita perennis, in numerum Electorum tuorum recipe me. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ad E. M. V.

Sancta Virgo Maria, *Virgo prudentissima, veneranda et prædicanda*, tue fidelis custodire me iterato commendo, rogans, ut te protegente, et adjuvante, omnium virtutum Sacerdotialium exercitio, jugiter Domino meo Jesu Christo placeam, et, sacerdotali zelo inflammatus, animas, pretioso ejus sanguine redemptas, ad eternæ beatitudinis bravium perducam. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Orent pro me, Domine, S. Angelus Custos, S. Jo-

seph, SS. Patroni mei N. N. et Sanctus N. ut dum immaculata Mysteria conrectavi et sumpsi, per eorum contactum corpus et anima mea ab omni peccatorum macula mundentur, et semel te, Deum meum, in celis videam, sicut illis qui mundo sunt corde promisisti. Amen.

DIES XI.

ANTE MISSAM.

Si viderem per viam venientem Presbyterum et Angelum, ad manus sacerdotis deosculandas citius me conferrem et Angelo dicerem; Expecta me Angele, quia manus hujusmodi Verbum vitae conrectant et ultra humanum aliquid possident. (S. Franc. Ass. Orac. 22.)

Sacerdotes reverendi, Dei familiares et domestici estis et illius pane vescimini; vestram agnoscite dignitatem, devotionem proferte, contemplationi insistite. Spiritus sit vestri lumen intellectus, vestra flamma voluntatis! (Idem Serm. VII.)

Directio intentionis.

Ad laudem et gloriam Sanctissimæ Trinitatis, in memoriam Salvatoris nostri Jesu Christi, Vitæ, Passionis, Mortis et Resurrectionis, ac in operum et meritorum ipsius; ad laudem quoque et exaltationem Beatissimæ Virginis Marie, Cœlestium Angelorum, Sanctorum ac Sanctarum et signanter S. N.; offero etiam cum ipsorum Beatorum Spirituum laudibus, Sanctorumque omnium precibus et meritis, nunc et semper, hoc et omnia alia Sacrificia, Officia, Orationes et bona opera totius mundi pro meis præsentibus et futuris corporis et animæ necessitatibus, in auxilium et consolationem meam, et in remissio-

nem omnium peccatorum meorum, quorum veram contritionem semper habers intendo, conor et cupio, omniumque vivorum et defunctorum meorum parentum, consanguineorum, affinum, amicorum, inimicorum, benefactorum in spiritualibus et temporibus, ac illorum quibus fui gravamen, scandalum aut occasio peccati, vel qui se meis precibus et sacrificiis commendarunt. Pro omni gradu Sancte Catholice Ecclesie, ac illius conservatione, augmentatione aut exaltatione, Christianorum Principum unione, heresum extirpatione, Summi Pontificis salute, et animarum in Purgatorio existentium liberatione. Pro conservatione et augmentatione omnium Ordinum Religiosorum, pro conversione omnium infidelium, et pro illis omnibus, qui curse mœsi sunt commissi. Denique pro illis omnibus, vivis et defunctis, pro quibus Dominus noster Jesus Christus scit et vult, me debere orare et sacrificare; sic oro et obsecro, ac orare, obsecrare et sacrificare intendo atque propono juxta intentionem Sancte Catholice Ecclesie. Ego N. Minister, licet indignus, Domini nostri Jesu Christi. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Oratio ad Jesum

EX IMITATIONE CHRISTI.

O Dulcissime atque Amantissime Domine, quem nunc devote desidero suscipere, tu scis infirmitatem meam et necessitatem quam patior: in quantis malis jaceo: quam sepe sum gravatus, tentatus et inquinatus. Pro remedio ad te venio, pro consolatione et sublevamine te deprecor. Ad omnia scientem loquor, cui manifesta sunt omnia interiora mea, et qui solus potes me perfecte consolari et adjuvare. Tu scis quibus bonis indigeo praे omnibus et quam pauper sum

in virtutibus. Ecce sto ante te, pauper et nudus, gratiam postulans et misericordiam implorans. Refice esurientem mendicem tuum: accende frigiditatem meam igne amoris tui; illumina cœcitatem meam claritate presentie tue. Verte mihi omnia terrena in amaritudinem, omnia gravia et contraria in patientiam, omnia infima et terrena in contemptum et obliionem. Erige cor meum ad te in celum, et ne dimittas me vagari super terram. Tu solus mihi ex hoc jam dulcescas usque in seculum, quia tu solus cibos et potus meus, amor meus et gaudium meum, dulcedo mea et totum bonum meum. Utinam me totaliter per tuam presentiam accendas, comburas et in te transmutes; ut unus tecum efficiar spiritus per gratiam internæ unionis et liquefactionem ardentis amoris. Ne patiaris me jejunum et aridum a te recedere, sed operare tecum misericorditer, sicut sepe operatus es cum sanctis tuis mirabiliter. Quid mirum, si totus ex te ignescerem et in melipso deficerem; cum tu sis ignis semper ardens et numquam deficiens, amor corda purificans et intellectum illuminans?

Vox Christi ad Sacerdotem.

Zachæe, festinans descendit, quia hodie in domo tua oportet me manere.

Vox Sacerdotis ad Christum.

Domine, exultans et festinans ad te descendit; per te, precor, salva fiat anima mea!

Oratio ad B. M. V.

Corpus et Sanguinem Domini mei Jesu Christi aeterno Patri oblatus, ad te, o Virgo potens et ele-

mens recurro; ut quæ cunctos juvare potes et neminem a te repellis, me dignum reddas Altaris Ministerum, quatenus quotidie, per piam Missæ celebrationem in gudio aquas gratiarum et coelestium charismatum hauriam de fontibus Salvatoris. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Ad altare tuum, Domine, accedens, merear S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N., Sancti N. suffragiis fulciri, et virtutibus indui, ut puris manibus et conscientia munda Sanctum Sanctorum valeam attrahere, et ex angustissimo hoc Corporis et Sanguinis Domini nostri Iesu-Christi Mysterio omnia subsidia vitae temporalis et æternæ obtinere valeam. Amen.

DIES XI.

POST MISSAM.

Gratiarum actio.

Gratias tibi ago, piissime Domine Iesu Christe, quod me ad officium Sacerdotale elegisti. Gratias tibi ago, dulcissime Deus, quod me tuo Sacro Corpore et Sanguine refecisti. Gratias tibi ago, Domine clementissime, pro devotione, qua me in hac Missa specialiter respexisti. Gratias tibi ago, benignissime Deus, quod me protegendo a periculis negligentiis custodisti. Mi Domine, Deus, ecce pro tam grata electione, pro tam dulci refectione, pro tam pia respectione, pro tam benigna protectione et custodia, tibi, optime Deus, ex toto corde gratias ago, te benedico, te laudo, te glorifico in æternum. Eja nunc oro, piissime Deus, ut sit mihi hoc dulcissimum Sacramentum contra omnium peccatorum meorum vulnera

efficacissimum medicamentum. Sit mihi, benignissime Deus, hoc dulcissimum Sacramentum omnis virtutis et gratiæ victoriosum complementum. Sit mihi, piissime Deus, hoc dulcissimum Sacramentum tam in vita quam in morte contra omnia pericula validum tutamentum. Sit mihi, amantissime Deus, hoc dulcissimum Sacramentum ad æternam beatitudinem solidum fulcimentum. Mi Domine, Deus, per sumptum queso Eucharistiam, da mihi, ut a peccatis emundatus, merito fecundatus, fine bono consummatus, tecum in perpetuum sim beatus: cui est honor et gloria in sæculorum sæcula. Amen.

Oratio ad Jesum.

Domine Iesu Christe, qui hoc Sacramento amoris et pietatis infinitæ memoriam renovas Passionis illius et Mortis, quam inter dolores et ignominias Crucis extremas immaculatus Agnus passus es pro meis et mundi peccatis tollendis, et pro felicitate æterna mihi communicanda: hauriam, queso, ex vulneribus tuis, et ex livore Corporis tui Sacratissimi, in quo a planta pedis usque ad verticem capitis non erat sanitas; hauriam ex illo sanguine, tam affluenter et tanto ardore charitatis effuso, ardentem charitatem et amorem tui. Inflammet me hoc ipsum præsens beneficium tuum, Domine Iesu Christe, qui tanta cum pietate mihi te comunicas, tam familiariter et intime mihi conjungeris; nec solum domum meam pauperem non dedignaris, et plagas meas non exhorres, sed ex Corpore etiam et Sanguine tuo Sanctissimo, ad me sanandum, præservandum et confirmandum, medicinam conficias. O piissime Iesu, an deerant tibi, Omnipotenti, alii modi reparandi, et adjuvandi me, meque ad ultimum finem deducendi? Non sane, sed hoc eligere, ut amorem in me et pie-

tatem abundantius demonstrares, voluisti. Quem ergo amorem, bonitas infinita, quam gratitudinem huic beneficentiae et amori tuo retribuam? Quid ego agere, quid pati propter te digne potero? Auge tu ipse in me, precor, dona gratiae tuae, ut plus habeam quod impendam servitio tuo. Deus meus et omnia, quid ego bonorum tuorum non sperabo a te, cum etiam te ipsum mihi tam amanter donaveris, et in te omnia illa esse videam, divina attributa, quae spem meam firmam reddere debeant? Potes enim et vis mihi benefacere; potes omne bonum conferre quia omnipotens es, et indigentias meas non ignoras. Quomodo ergo, si ipsi conjungar fonti, imo mari immenso bonorum omnium, non hauriam aquas gratiarum cum gudio de fontibus Salvatoris? Vis etiam omne bonum conferre, quia summe benignus es, quia magis quam ego ipse me diligis, quia magis tu conferre, quam ego recipere, desideras. Et ne defectus meritorum me a tua liberalitate excludat, tua ipse merita mihi donas, qui mihi justitia factus es in conspectu Dei. Magnanimiter itaque Spes mea dulcis Jesu, bonorum tuorum copiosam communicationem a te sperabo! et ut pauperiatem meam omnium virtutum et gratiarum spiritualium thesauris locupletes, petam per temetipsum. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas, Deus: per omnia saecula saeculorum. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ad B. M. V.

Virgo potens et clemens, tu omne bonum mihi potes conferre, et omne bonum vis conferre, quia potens et clemens es, intercede igitur pro me; ut Dominus meus Jesus-Christus illas omnes mihi et alias gratias concedat, pro quibus obtinendis Sanctissi-

num Missæ Sacrificium obtuli; præcipue tamen ardentem devotionem erga illum, in Eucharistia, vere, realiter et substantialiter presentem. Amen.

Oratio ad Santos.

Misericordissime Domine Jesu-Christe, rogo te per intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N., ut te, Deum meum, qui me Corpore et Sanguine tuo cibare dignatus es, ex toto corde, ex tota anima et ex omnibus semper viribus diligam hic in terris et post hac aeternum te amem in celis. Amen.

DIES XII.

ANTE MISSAM.

Sacerdos, sanctissimum Missæ sacrificium celebrans, est legatus tatus mundi apud Deum, ut ab Ipso gratias pro cunctis cretis obtineat (S. Alph. Selva Cap. I.)

Pro universo terrarum orbe legatus intercedit apud Deum, (S. Chrys. de Sac. L. 6.)

Oratio ad SS. Trinitatem.

O Trinitas Sancta, suscipe hoc sanctum Sacrificium ad honorem, laudem et gloriam tuam, salutemque animæ meæ atque proximi mei. Accipe, o sancta Trinitas, oblationem istam pro me et pro illis, quibus promisi et teneor, et vis a me orari.

Oratio ad Jesum.

O Domine Jesu Christe, ego intendo celebrare et consecrare eoo modo, quo tu instituisti et dedisti mihi

auctoritatem, intendo offerre istud Sacrificium in
tui memoriam, sicut tu ipse præcepisti. Te precor,
Domine, pro omnibus illis, pro quibus orare decrevi,
et quibus sum conjunctus spirituali participatione,
consanguinitate, affinitate, familiaritate, commendatione,
devotione, eleemosynarum suarum largitione
et qui pro me orant et qui se commendarunt orationibus
meis; et pro cuncto populo Christiano et pro
Congregatione nostra; et pro omnibus Praelatis sanctæ
Romanæ Ecclesie et Congregationis nostræ; ut
eos in tuo sancto servitio humiliter, fideliter et de-
vote perseverare facias; et pro omnibus Fidelibus
Christianis vivis atque defunctis, in quacumque an-
gustia et tribulatione positis tam in terra quam in
maris; ipsorum miserere et tribulatis succurre. Amen.

Alia Oratio præparatoria.

Domine Jesu Christe, nnde hoc mihi beneficium
quot tu Angelorum Dominus et celorum gloria, a
quo et ad quem omnia, ad me verinem impurum ve-
nire et me tecum in augustissimo Sacramento unire
desideras? o quanta contritione, quali lacrymarum
fonte, timore et reverentia, quamque perfecta cordis
et corporis puritate hoc sublime Mysterium mihi per-
cipiendum est, in quo tua Caro virginea sumitur et
divina humanis et summa imis ineffabili modo mis-
centur. Benedictus qui venis in nomine Domini ad
alendos pauperes, ad pascendas oves tuas in hujus
mundi deserto; et cui deliciæ sunt esse cum filiis
hominum. O Bonitas immensa, quod non modo iu-
stos sed et peccatores ad Mensam tuam Divinam in-
vitas, nec solum sanos sed etiam ægros hujus effi-
caciissimæ Medicinæ participes reddis! Peto et obsecro
dulcissime et piissime Salvator, ut proprios hujus
Sacramenti fructus mihi largiens, peccata præterita

deleas et a futuris præserves; affectus et motus vitio-
sos extinguas, intellectum illustres, virtutes infun-
das ac augeas, adversus hostes et tentationes robo-
res, animæ et corporis remedium præbeas, in vita
et in morte auxiliaturus accedas; ac me denique
mirabiliter in te transformes, ut unus tecum spiritus
effici ac manere possim. Nulla, queso, peccati in me
hæreat macula, quem tam augusto et salutari reficeret
vis Sacramento, quod contra omnium peccatorum
venena præstantissimum est antidotum, omnisque
virtutis et gratiæ copiam recte accedenti submini-
strat.

Ex Liturgia S. Joannis Chrysostomi.

Deus sanctus, qui in Sanctis quiescis, et trisagia
voce a Seraphim laudaris, et a Cherubim glorificaris
et ab omni cœlesti Virtute adoraris: qui de non-ente
ad esse deduxisti omnia et creasti hominem ad ima-
ginem et similitudinem tuam, et multa gratia insi-
gnisti: qui das petentibus sapientiam et intellectum:
qui non despicias peccantem, sed ponis in salute poenitentiam:
qui dignatus es nos humiles et indignos servos
tuos stare in conspectu gloriae sancti Altaris tui, et
debitum tibi obsequium et glorificationem offerre:
tu, Domine, visita nos in bonitate tua, sanctifica cum
corporibus et animas nostras, et da nobis in sancti-
tate servire tibi omnibus diebus vita nostre, inter-
cessione Reginæ nostra, Matris Dei et omnium San-
ctorum, qui a saeculo tibi placuerunt. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O Maria, o Virgo fidelis, fidelis Deo per coopera-
tionem gratiæ, fidelis hominibus, quibus promisisti
et numquam recusas auxilium: succurre mihi ma-
terna pietate, ut fidelis semper Iesu-Christi minister

existam, et per hanc sanctissimi Corporis, et Sanguinis ejus susceptionem omnibus illis per eum virtutibus merear ornari, quibus digne ejus ad sanctum altare locum queam tenere. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Obsecro te, Domine Jesu Christe, per intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. ne me projicias a facie tua propter multitudinem delictorum meorum, sed dignum me fac sacri tui Altaris ministrum; ut, in gratia semper perseverans et crescens, post mortalis mei corporis depositionem, Angelicis in celo merear sociari choris. Amen.

DIES XII.

POST MISSAM.

Oblatio sui-ipsius.

Suscipe, Pater coelestis, clementissime Domine et Pater Misericordiarum, per manus servi tui hoc, quod modo obtuli, Sacrificium sacrosanctum, verum Corpus et Sanguinem Unigeniti Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, ad maximam tui Nominis gloriam et honorem, in gratiarum actionem pro universis beneficiis tuis, in remissionem peccatorum meorum et totius mundi; ad impetrandum mihi, et N. N. pro quibus oravi et orare debo, omnia subsidia vita temporalis et æternæ, atque etiam pro animabus omnium Fidelium defunctorum. Suscipe, Domine, cum hac sacratissima oblatione animam meam et corpus meum, omnes vires et affectus meos; ut sim perpetuum holocaustum, jugiter ardens Majestati tue.

Præsta, ut deinceps nec membra, nec potentias nec vitam habeam, nisi ut te amem et serviam tibi. Tu, sapientia mea et robur meum, doce me, illumina me et corroborata me; ut cognoscam et faciam voluntatem tuam. Offero me tibi in servum perpetuum, meque totum resigno in beneplacitum tuum, abjecta de me omni cura et sollicitudine. Quidquid mihi evenire permiseris, a divina manu tua amantissime recipiam. In tempore et in æternitate illud volo, quod tu ab æterno de me decrevisti, sive prosperum illud sit, sive adversum. Vivat semper et regnet super me beneplacitum tuum, quod in omni verbo, actione, cogitatione implere desidero. Domine, ante te omne desiderium meum, et gemitus meus a te non est absconditus. Desunt enim mihi verba, quibus explicem affectum meum; sed projicio me in ardentiissimam fornacem amoris tui, quo succensus ad me venire dignatus es et mansionem apud me facere. Succende me, Domine, inflamma cor meum, viscera combure; ut jugiter ardeam tibi, in te vivam et in te moriar. Amen.

Actus diversarum virtutum.

O Sapientia infinita! O æterna Veritas, quæ nec falli nec fallere potes, credo in te et credo tibi in omnibus quæ revelasti et per Sanctam Ecclesiam tuam mihi credenda proponis. Imprimis vero credo te in Sanctissimo hoc Sacramento esse præsentem, prout apertis verbis asseruisti, quibus plus tribuo quam ingenio omnibusque meis sensibus. Pro hac fide per tuam gratiam mori sum paratus. Adauge in me, Domine Clementissime, fidem hanc firmam et vivam, quæ est vere anima vitæ Sacerdotalis, et sine qua non stat Sacerdotalis vitæ nec vigor, nec zelus, nec sanctitas.

Spero in te, o Bonitas infinita, teque per inexhaustam misericordiam tuam veniam, gratiam et gloriam mihi promissam, daturum confido.

Amo te et amabo te, o Fons omnis boni, et omnia que tu amas amabo propter te; quia tu omni amore dignus es.

Gaudeo de infinita perfectione, beatitudine et amabilitate tua, et de omni obsequio, laude, honore et gloria tibi ab Electis tuis et creaturis omnibus umquam redditâ et in æternum reddenda.

Te, tuumque beneplacitum in omnibus amplector, omniisque possibili reverentia, fiducia, amoris et pieatis affectu veneror et exoscular.

Quidquid in me est affectus erga creaturas in te solum Deum meum, in Sacramento tuo erga nos tam amabilem, transvero; quidquid egero, quidquid passus fuer, in æternum cedat ad tuam gloriam.

Totus suus tuus; fac de me quidquid vis nunc et in æternum. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Commendatio sui SS. Cordi Jesu.

Commendo me tibi, o bone Jesu! intra mellifluum Cor tuum absconde me, nec permitte me umquam separari a te. Sis mihi in vita solarium, in morte via-ticium, in æternitate præmium. Id rogo te pro me, et omnibus amicis meis, per Lacrymas, Sudorem et Sanguinem tuum pretiosissimum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Sanctissima Virgo Maria, *Virgo fidelis*, quæ numquam gratiæ defuisti, et nobis in cunctis ades necessitatibus, pro me Dominum Jesum ora, ut per quotidianam augustinissimi Mysterii celebrationem et

sanctissimam ejus Corporis et Sanguinis sumptu-nem, in sanctis propositis firmus, usque in finem viam mandatorum ejus inoffenso pede percurram. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Intercedant pro me, Domine Iesu Christe, S. Angelus Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei NN. et Sanctus N., ut per virtutem sacrifici hujus Sacramenti spiritus orationis et fervoris mihi largiatur, et semper de tanto Mysterio illud credam, illud sentiam et firmiter teneam, quod tibi placet et expedit animæ meæ. Amen.

DIES XIII.

ANTE MISSAM.

O venerabilis sanctitudo manuum! O felix exercitium! qui creavit me, si fas est dicere, dedit mihi creare se; et qui creavit me sine me, ipse creavit se mediante me. (S. Aug. in Ps. 37.)

Potestas sacerdotis est sicut potestas Divinorum Personarum, quia in transubstantiatione panis tanta requiriunt virtus quanta in mundi creatione (S. Bernardinus Sen. Tom. I. Serm. 20.)

Oratio preparatoria

O Sanctissime Jesu! Ego miser peccator, spiritu genus idoneisque affectibus constitutus, celebrandi vero munere longe indignissimus, offero tibi omnium Sanctorum et Electorum tuorum piissimos affectus, quos umquam elicerant, aut modo elicunt, ac deinceps elicerent; omnes virtutum actus, quos in hoc tam tremendo Mysterio decet exercere, obsecrans te, per pretiosissimum Sanguinem ac Mortem tuam, ut di-

Spero in te, o Bonitas infinita, teque per inexhaustam misericordiam tuam veniam, gratiam et gloriam mihi promissam, daturum confido.

Amo te et amabo te, o Fons omnis boni, et omnia que tu amas amabo propter te; quia tu omni amore dignus es.

Gaudeo de infinita perfectione, beatitudine et amabilitate tua, et de omni obsequio, laude, honore et gloria tibi ab Electis tuis et creaturis omnibus umquam redditâ et in æternum reddenda.

Te, tuumque beneplacitum in omnibus amplector, omniisque possibili reverentia, fiducia, amoris et pie-tatis affectu veneror et exoscular.

Quidquid in me est affectus erga creaturas in te solum Deum meum, in Sacramento tuo erga nos tam amabilem, transvero; quidquid egero, quidquid passus fuer, in æternum cedat ad tuam gloriam.

Totus suus tuus; fac de me quidquid vis nunc et in æternum. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Commendatio sui SS. Cordi Jesu.

Commendo me tibi, o bone Jesu! intra mellifluum Cor tuum absconde me, nec permitte me umquam separari a te. Sis mihi in vita solarium, in morte via-ticum, in aeternitate praemium. Id rogo te pro me, et omnibus amicis meis, per Lacrymas, Sudorem et Sanguinem tuum pretiosissimum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Sanctissima Virgo Maria, Virgo fidelis, quæ num-quam gratiae defuisti, et nobis in cunctis ades ne-cessitatibus, pro me Dominum Jesum ora, ut per quotidianam augustinissimi Mysterii celebrationem et

sanctissimam ejus Corporis et Sanguinis sumptio-nem, in sanctis propositis firmus, usque in finem viam mandatorum ejus inoffenso pede percurram. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Intercedant pro me, Domine Iesu Christe, S. An-gelus Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei NN. et Sanctus N., ut per virtutem sacrifici hujus Sacra-menti spiritus orationis et fervoris mihi largiatur, et semper de tanto Mysterio illud credam, illud sentiam et firmiter teneam, quod tibi placet et expedit animæ meæ. Amen.

DIES XIII.

ANTE MISSAM.

O venerabilis sanctitudo manuum! O felix exerci-tum! qui creavit me, si fas est dicere, dedit mihi creare se; et qui creavit me sine me, ipse creavit se mediante me. (S. Aug. in Ps. 37.)

Potestas sacerdotis est sicut potestas Divinorum Per-sonarum, quia in transubstantiatione panis tanta re-quiritur virtus quanta in mundi creatione (S. Ber-nardinus Sen. Tom. I. Serm. 20.)

Oratio preparatoria

O Sanctissime Jesu! Ego miser peccator, spiritu-egenus idoneisque affectibus constitutus, celebrandi vero munere longe indignissimus, offero tibi omnium Sanctorum et Electorum tuorum piissimos affectus, quos umquam elicerunt, aut modo elicunt, ac deinceps elicerent; omnes virtutum actus, quos in hoc tam tremendo Mysterio decet exercere, obsecrans te, per pretiosissimum Sanguinem ac Mortem tuam, ut di-

mittas quæ conscientia agnoscit vel metuit, et adjicias quod oratio non præsumit. Et quia tu, Domine Jesu Christe, in sacratissimo Missæ Sacrificio primarius es Offerens et Mediator inter Deum et homines, dignare, obsecro, totius humani generis, atque adeo creaturarum omnium nomine, te ipsum, infinite gratum, offerre æterno Patri, una cum omnibus meritis et actibus internis et externis Passionis, Mortis et Vitæ tuae : idque amore illo perfectissimo, quo Iulius Deus et Homo semper amasti, amabisque in omnem æternitatem. Amen.

Oblatio sui-ipsius,

EX IMITATIONE CHRISTI.

Domine Jesu Christe, in simplicitate cordis mei offero me ipsum tibi hodie in servum sempiternum, in obsequium et Sacrificium laudis perpetuae. Suscipe mecum sancta Oblatione tui pretiosi Corporis et Sanguinis, quam tibi hodie in praesentia Angelorum invisibiliter assistentium offero ; ut sit pro me et pro cuncto populo tuo in salutem. Domine, offero tibi omnia peccata et delicta mea, quæ commisi coram te et Angelis tuis a die, qua primum peccare potui usque ad diem hanc super placibili Altari tuo : ut tu omnia pariter incendas et comburas igne charitatis tue, et deles universas maculas peccatorum meorum, et conscientiam meam ab omni delicto emandas, et restituas mihi gratiam tuam, quam peccando amisi ; omnia mihi plane indulgendo et in osculum pacis me misericorditer assumendo. Quid possum agere pro peccatis meis, nisi humiliiter ea confitendo et plorando, et tuam propitiationem incessanter deprecando ! Deprecor te, exaudi me propitus, Deus meus. Omnia peccata mea mihi maxime displicent : nolo ea

umquam amplius perpetrare ; sed pro eis doleo et dolebo, quamdiu vixero, paratus penitentiam agere et de eis pro meo posse satisfacere. Dimitte mihi, Deus, dimitte peccata mea. Propter nomen sanctum tuum salva animam meam, quam pretioso Sanguine tuo redemisti. Ecce committo me misericordiae tue ; resigno me in manibus tuis. Age mecum secundum bonitatem tuam, non secundum meam malitiam et iniquitatem. Offero etiam tibi omnia bona mea, quamvis valde paucæ et imperfecta ; ut tu ea emendas et sanctifices, atque grata habeas tibique accepta facias, et semper ad meliora trahas, necnon ad beatum et laudabilem finem me pigrum et inutili homuncionem perducas. Offero quoque tibi omnia desideria devotorum, necessitates parentum, fratrum, propinquorum, amicorum, omniumque charorum meorum, et eorum qui mihi vel aliis propter amorem tuum benefecerunt, et qui orationes et Missas pro se suisque omnibus dici a me desideraverunt et petierunt ; sive in carne adhuc vivant, sive jam sæculo defuncti sint : ut omnes sibi auxilium gratiae tue, opem consolationis, protectionem a periculis, liberationem a pernicii advenire sentiant, et ut ab omnibus malis erepti, gratias tibi magnificas leti persolvant. Offero etiam tibi preces et Hostias placationis pro illis specialiter, qui me in aliquo læserunt, contristaverunt aut vituperaverunt vel aliquod damnum et gravamen attulerunt. Pro his quoque omnibus, quos aliquando contristavi, conturbavi, gravavi et scandalizavi verbis, factis, scienter vel ignoranter ; ut nobis omnibus pariter indulgeas peccata nostra et mutuas offensiones. Aufer, Domine, a cordibus nostris omnem suspicionem, indignationem, iram et dissensionem, et quidquid potest charitatem lædere et fraternalm dilectionem minuere. Miserere, Domine Jesu Christe, misericordiam tuam poscentibus ; da gratiam indi-

gentibus ; et fac nos tales existere, ut simus digni gratia tua perfici, et ad vitam proficiamus aeternam. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O piissima Virgo, que *Speculum justitiae* vocaris et es, mihi peccatori, qui toties injuste egi, remissionem impetrata omnium delictorum, ut circa reatum ad sanctum Domini Altare accedam, et ex sancto Sacrificio, a me nunc offerendo, zelum pro gloria Dei Exercituum, pro mea sanctificatione et pro animarum mihi commissarum salute haurire merear. Amen.

Oratio ad Santos.

Ad vos, o S. Angele Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N. N. et Sancte N. suppliciter recurro, ut gratiam mihi obtineatis, quatenus ea, qua decet, cordis munditia ter venerandum Missae Sacrificium promeis et totius mundi peccatis offerre, et fructus intentos pro me et omnibus, pro quibus sacrificare propono, ex illo valeam percipere. Amen.

DIES XIII.

POST MISSAM

Oratio Eucharistica.

Gratias tibi ago, Deus, gratias tibi ago, vera Vita viventium, Spes aeterna credentium, Iesu Christe, Redemptor alme, qui solus es adorandus, amandus et laudandus, qui facis mirabilia solus. Qui propter nos pauperes consolando, quos in hac miseriariarum valle tamquam peregrinos et orphanos reliquisti, per ministerium Sacerdotis et per verba ex eius ore in

nomine tuo prolata, aperis coelos, et descendis et impies animas nostras benedictione. Qui non degnaris manibus hominis attractari, benedic et conservari in nostram salutem. Ille suo ministerio foris exhibet signa Sacramenti ; sed tu Deus invisibilis manens, ipse facis opera. Tibi ergo, Domine, Deo nostro magno et immenso, aeterno et excelso, tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio nunc et in perpetuum. Qui hoc ipsum incomprehensibile Mysterium imminentे articulo salutiferæ Passionis tuæ tam gratuita pietate discipulis tradidisti. Qui misericordia motus, et affectu paterno eos allocutus es, dicens : « Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar. » Ac si dices : Desiderio desideravi meipsum tradere vobis. Deinde offerens teipsum mirabiliter manibus tuis sacrosanctis protestatus es dicens : « Hoc est Corpus meum, Hic est Calix Sanguinis mei. » Hoc accipite in vestram salutem quotiescumque sumpseritis; hoc quoque facite in meam commemorationem et in memoriam dilectionis, quæ vos dileyxi, dum meipsum pro vobis reliqui pignus salutis. O inestimabilis dilectio charitatis tuæ, Domine Iesu Christe, ut nos indignos Patri tuo reconciliés, teipsum exhibes Victimam salutarem, igitur immensam misericordiæ tuae clementiam suppliciter exoro, quatenus hoc summæ charitatis et dilectionis tuae Sacramentum mihi cunctisque fidelibus tuis sit contra omnium peccatorum nostrorum vulnera efficacissimum medicamentum, ac omnis virtutis et gratiæ complementum ; sit contra omnia mala validissimum tutamentum et aeternæ beatitudinis solidissimum fulcimentum. Mi Domine Deus, te deprecor per Sanctam Eucharistiam, ut a peccatis emundatus, merito fecundatus, fine bono consummatus tecum sim sine fine beatus. Oro te quoque, Amantissime Jesu, pro omnibus curæ meæ commissis, pro omnibus fa-

miliaribus, et pro omnibus benefactoribus meis ; ut per adjutricem hujus Sacramenti virtutem adjuves et dirigas eos ad æternam salutem. Deprecor te similiter pro omnibus mihi aliquando in orationibus commissis, ut per confirmatricem hujus Sacramenti virtutem eos confimes et munias ad æternam salutem. Precorre te, benignissime Deus, pro peccatoribus universis : ut per reparatricem hujus Sacramenti virtutem repares et confirmes eos ad æternam salutem. Tandem oro te, mi Domine Jesu Christe, pro omnibus Fidelibus defunctis : ut per liberatricem hujus Sacramenti virtutem liberes eos atque perducas ad æternam salutem. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Adoratio SS. Sacramenti.

Cousummatum est, o Domine Deus, opus remissivum meorum et totius mundi peccatorum. Sacrificium salvificum animarum nostrarum. Laudetur igitur sanctissimum Sacramentum, Jesus Christus, Filius æterni Patris, verus Deus et Homo, pro me olim natus, passus, crucifixus et mortuus, et nunc sub speciebus Panis et Vini in cor meum ingressus : quem non equidem fallibilibus et infirmis sensibus meis comprehensum, sed infallibili vive fidei lumen agnitus pro tanta dignatione et amore incessabiliter laudo, infinites adoro, desideratissime benedico et ardentissime super omnia amo. Sit tibi, Domine, pro hoc summo beneficio a me et omnibus creaturis tuis ; imo quia haec non sufficiunt, a tua infinita perfectione, æterna benedictio, claritas, gratiarum actio, honor, virtus et fortitudo in sæcula sæculorum. Amen.

Ex Jubilo S. Bernardi.

Jesu, dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia,
Sed super mel et omnia,
Ejus dulcis præsentia.
Nil canitur suavius,
Auditur nil jucundius,
Nil cogitatur dulcior,
Quam Jesus, Dei Filius.
Jesu, Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis.
Quem prosequamur laudibus,
Votis, hymnis et precibus :
Ut nos donet cœlestibus,
Secum perfaci sedibus.

Oratio ad B. M. V.

O Virgo Maria, *Speculum Justitiae*, quæ semper ex quæ Domino placita sunt fecisti, auxiliare mihi, ut, eib[us] cœlesti confortatus, cuncta semper peccata et peccatorum occasiones vitare, virtutes sublimi meo statui congruentia exercere, et Sacerdotalia mea munia zelose usque obire valeam. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Sacramento, quæ sumpsi, Domine Deus meus, cor et corpus meum ab omni sorde peccati purifcent, me contra relapsum muniant et in via salutis stabiliant ; ut in sanctitate et justitia ambulem coram te omnibus diebus meis ; hoc rogo te per intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. cuius hodie solemnia celebramus. Amen.

DIES XIV.

ANTE MISSAM.

Sacerdotes, antequam celebrent, se colligant, et orantes mentem in tantum Mysterii cogitationem defigunt. (S. Car. Conc. Mediol.) Dicant propterea cum Sancto Bernardo: Curæ, sollicitudines, servitutes expectate me hic, donec illuc cum ratione et intelligentia mea properantes, postquam adoraverimus, reverlatur ad vos; revertemur enim et quam cito revertentur. (S. Bern. de am. Dei.)

Oratio preparatoria.

Domine, non sum dignus, ut sub tectum meum intres, et in me velut sordido stabulo habites ac requiescas. Quoniam vero in hoc Sacramento Deus et Homo manus absconditus, et sub specie Panis a peccatoribus etiam infimis tangi et manducari voluisti: propitius esto mihi, qui ad Mensam tuam invitatus, licet indignus accedo et eum fructum sentire desidero, de quo ipse dixisti: « Qui manducat meam Carnem et bibit meum Sanguinem, in me manet et ego in eo. Qui manducaverit ex hoc Pane, vivet in aeternum. »

Esto igitur mihi iste Panis, qui dat vitam mundo, et in hac vita peregrinantes sustinet et omne bonum egentibus praestat. Sit mihi Corporis et Sanguinis tui sumptio tam salutaria et efficax, ut eorum meum in timore tuo hoc Pane Sanctissimo reficiatur atque in omni gratia mihi necessaria confirmetur. O Jesu! Manna dulcissimum, me famelicum pasce. Tu Panis de celo descendens et mundo vitam praestans, in me, mortem promerente, operare vitam. In periculis,

in tenebris, in afflictione vessor; Tu laborantem, ut promisisti, excipe. Tu domum meam, sicut Zachei, qui te gaudens excepit, visita cum nova beneficione; ut totus renovatus tecum conjunctissime vivam, qui mihi omnia in omnibus esse decrevisti. Eu tu mihi et ego tibi: mane in me semper, Jesu dulcissime, spes, fortitudo et salus mea sempiterna. Amen.

Directio intentionis.

Pater coelestis, clementissime Pater misericordiarum, suscipe hodie per manus servi tui hoc sacrosanctum Sacrificium, verum Corpus et Sanguinem Filii tui, Domine nostri Jesu Christi, in satisfactionem et remissionem omnium peccatorum meorum. In salutem et fortitudinem animæ meæ et omnium illorum, quibus aliqua obligatione teneor et omnium superiorum meorum: ut etsi gratiam Sancti Spiritus in pertiridi digneris ad salutem animarum suarum et regimen totius populi Christiani: et omnium peccatorum totius mundi, ut eos convertas et ducas ad viam salutis. In consolationem omnium tribulatorum, ut eis adjutorium et veram poenitentiam tribuas. In refrigerium et liberationem omnium animarum existentium in Purgatorio, et maxime illarum, quæ a me auxilium jure expectant, et ad illuminacionem et conversionem omnium gentium infidelium et haereticorum et schismatistarum, ut cognoscant et ament te, summam Veritatem, Patrem omnipotentem, qui cum Filio et Spiritu Sancto es laudabilis Deus, et benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Oblatio sui-ipsius.

O Deus, scrutator cordis mei, cupio sumere mirabile et cœleste Sacramentum Corporis et Sanguinis

tui omni, qua par est, reverentia, pietate et religio-
ne, omni affectu, desiderio, et fervore Angelorum, at-
que Electorum tuorum. Domine, ante te omne desi-
derium meum; paratum cor meum, Deus, paratum
cor meum. Offero tibi, totum cor meum et omnia.
Desiderium panperis exaudi; o Domine, præparatio-
nem cordis mei audiat auris tua. Suppleat divina et
immensa tua benignitas, quidquid humana mea non
valet infirmitas. Amen.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS
Oratio ad B. M. V.

O Virgo Maria, quæ merito vocaris *Sedes Sapientiæ*, quia Sancti Spiritus donis ornata et æternæ Sapientiæ habitaculum effecta es: rogo te, ut illa dona mihi impetres, donum Sapientiæ et Intellectus, donum Consilii et Fortitudinis, donum Scientiæ et Pietatis, et donum Timoris Domini, quibus donis cor meum pariter dignum Filii tui efficiatur habitaculum. Amen.

Oratio ad Santos.

Intercedite pro me, S. Angele Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N. N. et Sancte N., ut piissimo vestro interventu vestris virtutibus et meritis, vestro amore et ardore induar, et ita dignus reddar, qui hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam pro mea et totius mundi salute Domino Deo meo offeram. Amen.

DIES XIV.

POST MISSAM.

Oratio Eucharistica.

O Jesu, piorum cordium dulcedo, refice me tua suavissima presentia, exuberantemque Sancti Spiritus gratiam, simul et gaudium ac consolationem tecum in tabernaculum cordis mei, ad quod ingressus es, afferre non dedigneris. Tu diligenter et sermones tuos servantis promisisti, quod ad eum venies et mansionem apud eum facies; quomodo non idem praestabis te ipsum in penetralia cordis sui introducenti? Hoc ego nunc de tua misericordia confusus feci. Fac et tu, o bone Jesu, quod promisisti. Veni. Mane in me, o Salvator misericordissime, qui stans ad ostium cordis nostri et pulsans promisisti ei, qui tibi aperuerit, quod intrabis ad illum, et cenabis cum illo et ille tecum. Ecce ego, Domine mi, aperui tibi cubiculum animæ meæ. Ingressus igitur domum servi tui, semper in ea requiesce. Da animæ meæ tecum in dulcedine spiritus epulari; et sicut de Zachæo hospiti tuo olim dixisti; die idem et de animæ meæ domicilio: Hodie huic domui salus facta est. Et qui dixisti; qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo; et qui manducat me et ipse vivet propter me; da mihi, Domine, per hanc Corporis et Sanguinis tui susceptionem perpetuo in te manere et propter te vivere; ita ut in æternum a te non separer, neque per mortem peccati unquam amplius a te divellar. Amen.

DIRECCIÓN GENERAL DE

Oratio

QUA PETITUR UNIO ANIMA CUM CHRISTO.

Gratias tibi ago ex toto corde meo, bonitas effusis-
sima, abyssus infinita misericordiae, qui tam indigen-
ti servo tuo omne bonum in teipso conferre, et tam
indigno peccatori fructum Passionis per Corporis et
Sanguinis tui sumptionem tam amanter applicare vo-
linisti. Gratias ago tibi de tanto et tam singulari
honorifice et de charitate illa inestimabili, cum qua id
mihi contulisti. Precor eamdem bonitatem tuam, ut
tu ipse dona tua in me conserves et angeas ad hono-
rem et gloriam tuam: sollicitam sensum, linguae et
cogitationis custodiam mihi tribuendo; ut ita in
me nihil tibi displiceat. Da mihi strenue operari, ex
puro et ferventi amore tuo, que ad honorem tuum
et animarum salutem peragenda video. Concede, ut
in cunctis meis actionibus tibi placeam, et ut num-
quam a me separari velis, qui tam dignanter et inti-
me te mihi conjunxisti; donec in unione beatissime
glorie tuae tibi inseparabiliter et aeternaliter adha-
ream. Amen.

Alia oratio ad Jesum.

Hæc sunt convivia, quæ tibi placent, quæque nobis
orphanis in memoriam tuæ dilectionis reliquisti. O
Patris sapientia, natus de Virgine, qui non es dedi-
gnatus venerabile Corpus tuum tangi et sumi a me
indigno peccatore, quid tibi digne reddam pro omni-
bus quæ retribuisti mihi? si enim totius mundi merita
in unum essent congesta non valerent tuæ digna-
tioni aliquatenus comparari. Gratias ergo ago
tibi, Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, Rex regum
et Dominus dominantium, et gratiarum actiones pro

posse fragilitatis meæ tuæ tremenda Majestati et im-
mense pietati refero, quod sacro Corpore tuo et San-
guine animam nimis aridam dulciter refecisti. Rogo
te, ut quidquid in me vitiosum ac tuæ voluntati con-
trarium invenitur, communione hujus Sacramenti
funditus evanescetur, et eorū meum dignum Sancti Spi-
ritus preparetur habitaculum. O Dulcissime Jesu, sit
hoc Sacramentum Corporis et Sanguinis tui sanitas
et dulcedo animæ meæ, salus et sanctitas in omni
tentatione, pax et gaudium in omni verbo et opere
solamen et tutela finalis in morte. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ad B. M. V.

Sanctissima Virgo Maria, tu vere *Sedes Sapientie*
es, quæ sola cœlestia semper in votis habuisti; inclina
aures benignitatis tuæ ad preces meas, et fac, ut
exemplo tuo edocthus, per continuam legis Domini
meditationem et sanctæ orationis exercitium, mun-
dana cuncta despicerem et sola illa, quæ Dei sunt, sa-
pere discam. Amen.

Oratio ad Santos.

Respic in me oculis misericordiæ tuæ, Domine
Iesu-Christe, et quem sacris Altaribus adstante volu-
isti tuique nominis laudare potentiam, per hæc sacra
mysteria corroborata, ut ascensiones in corde meo dis-
ponens, de virtute in virtutem progrediar; quæ ut
mihi concedas, suffragia imploro S. Angeli Custodis,
S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti
N. cuius hodie memoriam recolimus. Amen.

DIES XV.

ANTE MISSAM.

Prætulit vos Deus, o Sacerdotes, regibus et imperatoribus, prætulit Angelis (S. Bern. ad Past. in Syn.) Attendite ergo, et videte cuius ministerium vobis traditum est per impositionem manus Episcopi (Th. a Kemp. Lib. 4.)

Oblatio Sacrificii, quatenus Latreutici.

Sancta Trinitas, unus Deus, rerum omnium principium et finis, cuius potentia, sapientia, bonitas et magnitudo incomprehensibilis est, toto corde et corpore prostratus adoro te, tibique hodie Sacrificium offerre intendo Corporis et Sanguinis Domini mei Jesu Christi pure propter te, ad majorem tuam gloriam, in protestationem supremi dominii tui in omnes creaturem et nostram subjectionis et dependentiae a te. In recognitionem infinitae tuae perfectionis et in cultum latræ tibi soli debitum, cum omnibus obsequiis, laudibus et adorationibus, quibus idem Jesus Christus, Filius tuus, te olim glorificavit in terris, una cum meritis, laudibus et adorationibus Beatissimæ Virginis Mariæ, omniumque Angelorum et Sanctorum.

Quatenus Eucharistici.

Gratias tibi ago, Domine Deus, omnium bonorum fons et origo, pro maximis et innumerabilibus beneficiis tuis; pro quibus omnibus et singulis infinita tibi et interminabilis gratiarum actio singulis momentis temporis et æternitatis debetur. Specialiter

autem gratias tibi hoc Sacrificio persolvere intendo propter magnam gloriam tuam, qua tibi jure debetur propter infinitas tuas perfectiones et innumeratas et incomprehensibilis tuas erga nos misericordias. Pro immensus gratiarum opibus, quas Beatissimæ Virginis Mariæ, innumerabilibus Angelorum exercitibus, in genti Sanctorum et Electorum turbæ largituses. Pro infinito amore, quo me es prosecutus, eligens me ante mundi constitutionem, ut sim sanctus et immaculatus in conspectu tuo; pro cunctis donis, quæ mihi contulisti, sed præcipue pro sublimissima Sacerdotali dignitate, ad quam me prorsus immerentem evehere es dignatus. Nomine ergo totius Ecclesie Calicem salutaris hodie accipiam et Missam Sacrificium tibi pro me et omnibus immolabo; ut tam digna victima de perceptis gratias exhibentes, beneficia potiora sumamus.

Quatenus Propitiatorii.

Procidam coram te, Domine, cum tremore et rubore gravissima onustus flagitorum meorum sarcina. Nec mea solum sed et totius populi peccata coram te porto; quia me pro omnibus legatione fungi jussisti, ut, quod illi prose non possunt, ipse tamquam mediator merear impetrare. Verumtamen quia nullum existat pretium, quo infinita bonitati tuae offenditæ condigne satisfacere valeamus, nisi pretium Sanguinis Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, ipsum tibi offero hostiam placationis sufficientissimam pro meis et totius mundi peccatis. Esto igitur placabilis supermultitudinem iniquitatum nostrarum et audi Sanguinem Filii tui dilectissimi clamantem ad te, non vindictam, sed veniam et misericordiam.

Quatenus Imperator ii.

Cum autem infinita tua pietate et misericordia me indignum famulum tuum legatione apud te fungi voluisti pro omnibus hominibus, vivis atque defunctis; offero tibi, clementissime Pater, hoc tremendum Sacrificium, quod vim impetratoriam habet infinitam, pro singulorum necessitatibus et indigentias. Da Summo Pontifici nostro, cunctis Praelatis, Sacerdotibus omnibus, ut oves sibi commissas fideliter passant fructu orationis, exemplo bone conversationis verbo prædicationis, subsidio charitatis. Illumina sapientia tua omnes reges et principes, cunctosque magistratus, ut justitiam fideliter administrent, pacem diligent, Ecclesiam venerentur. Effunde misericordiam tuam in gentes, quæ te non cognoverunt. Sanctifica Ecclesiam tuam, et libera eam de manibus inimicorum suorum, ejusque filios omnes ab omni malo tum corporis tum animæ præserva. Mihi indigne tuo Sacerdoti gratias necessarias, præcipue N. et N. largiri digneris. Custodi omnes mihi commissos et commendatos, in specie N. et N. pro quibus orare teneor; animabusque in purgatorio detentis præcipue animabus N. et N. requiem æternam concede. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Actus Fidei, Spei, Charitatis et Contritionis.

Credo in te, Domine Jesu, quia es summa veritas; Spero in te, quia es infinita bonitas; Amo te quia es perfecta charitas. Doleo, quod umquam offenderim te per peccata mea, præsentim N. et N., præfero millies mori quam te adhuc per illa offendere.

Oratio ad B. M. V.

O dulcissima Mater, quæ es Causa nostra letitiae

nacendo, nosque protegendo, quæque æternum eris causa nostre letitiae in cœlo; misericordie tua oculos ad me converte, ut tua intercessione peccatorum meorum remissionem percepimus, latus in occursum Domini mei Iesu-Christi properem, et in sacra communione Corporis et Sanguinis ejus gustem, quam suavis sit Dominus. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Domine, Deus meus, non sum dignus, ut ad sanctum Altare tuum accedam, nec ut intres sub tectum meum, quapropter meritis et virtutibus S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N.N. et Sancti N. me ornare digneris, ut ita gratia tua suppleatur, quod meis meritis noveris deesse, et dignus reddar, qui Hostiam salvificam pro mea et totius mundi salute tibi, Deo meo, offeram. Amen.

DIES XV.

POST MISSAM.

Gratiarum Actio.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? O Jesu mi infinite amabilis, totis votis desiderabilis, Deus meus, Amor meus! Unde mihi tam indigne servo tuo tanta dignatio? Liceat mihi modo res omnes cœreas invocare, ut pro me et mecum tibi gratias agant ingentes, infinitas: aut certe liceat mihi cœlestes illos spiritus, tuis utique laudibus assuetos et peritos præcones compellare, ut inter amenissimas illas divinasque voces meam quoque quamvis ineptissimam commisceam, totoque cordis affectu concinam: Sanctus, Sanctus, Sanctus Domi-

nus Deus Sabaoth. Nimirum sanctificeris absque fine,
et laudaris et exalteris ab omnibus super omnia, id-
que propter te et in eternum.

Oratio ad Jesum.

Benignissime Jesu, gratias ago tibi, quod me hu-
jus tui Sanctissimi Sacrificii nunc participem fecisti,
quo amarissimæ passionis et mortis tuae memoriam
innovavi. Fac, oро, ut ejusdem Mysterii virtute et
operatione in fide, spe, charitate et puritate mentis
et corporis vivam et moriar, vitamque consequar
eternam. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Invocatio Sanctorum

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlîs Deus, qui per coeternum Filium
cuncta creasti, eumque pro mundi reparacione car-
nem suscipere voluisti : ut ego indignus Sacerdos
ejusdem Fili tui Corporis et Sanguinis Sacrificium
digne tibi et acceptabiliter semper offerre valeam,
miserere mei.

Fili Redemptor mundi Deus, qui Sacrificium istud
in memoriam dolorosæ Passionis tuae instituisti : ut
ego ejusdem Divinissimi Sacrificii dignus semper
minister inveniar, miserere mei.

Spiritus Sancte, Deus, qui Incarnationis Domini
nostrí Jesu Christi cooperator fuisti : ut ego Corpus
et Sanguinem ejusdem Domini nostri corde puro et
incontaminato in Sacrificio digne semper offeram et
sumam, miserere mei.

Sancta Trinitas, unus Deus, qui me indignum sa-
cris Altaribus adstare voluisti, ad sancti Nominis tui
laudandam potentiam : ut tue Majestati digne semper
familiari, atque pro vivis et defunctis tuam clem-
tiam exorare possim, miserere mei.

Sancta Maria, de cuius utero Dei Filius carnem
suscepit, quam ego indignus offerre et sumere pre-
sumpsi : ut salutaria hæc Mysteria efficiantur mihi
salus et vita, ora pro me.

Omnes sancti Angeli et Archangeli, qui Filium Dei,
hominem factum, adorastis, jamque regnanti illi as-
sistitis in celis : ut ego, qui ex ejus Altaris partici-
patione Cörpus et Sanguinem ipsius sumpsi, omni
benedictione cœlesti et gaudio replear, orate pro me.

Sancte Joannes Baptista, qui Christi Domini corri-
giam calceamenti solvere indignum te reputabas ;
dignus tamen ab ipso habitus fuisti qui sacrum ejus
verticem contingeres : ut ego hæc salutis Sacramen-
ta humiliter semper et digne tractare et sumere pos-
sim, ora pro me.

Sancte Joseph, qui Jesum in Bethleem natum et
pannis involutum adorasti et sedulo postea custodisti:
ut eundem Jesum, sub speciebus panis et vini laten-
tem, et nunc in animam meam ingressum, adorem
semper devote et in corde meo fideliter custodiam,
ora pro me.

Omnes sancti Apostoli, quos Christus Jesus in ul-
tima cœna Sacerdotes suos consecravit : ut gratiam
per manum impositionem mihi collatam non negli-
gam, sed quotidie incremento debito augeam, orate
pro me.

Omnes sancti Evangelistæ, qui Institutionis hujus
sancti Sacrificii scripto testimonium reliquistis : ut
ego plena fide, charitate ferventi et perfecta devotio-
ne semper Sacrificium hoc offerre possim, orate pro
me.

Omnis sancti Martires, qui Christo, Regi martyrum, Corpus et Vitam suam in passione litanti, per vestri martyrii oblationem vicem rependistis: ut ego, hoc cibo confortatus, adversa omnia pro ipso patienter perferam, orate pro me.

Omnis sancti Pontifices et Confessores, qui digna sacrorum communione multiplicem a Deo benedictionem et vitam recepistis: ut meum hoc Sacrificium ipsi quoque sit acceptabile, mihi et omnibus pro quibus illud obtuli propitiabile, orate pro me.

Omnis sancte Virgines, quae per castitatis studium dignum Filii Dei habitaculum suistis: ut et ego, superatis et expurgatis carnis concupiscentiis, gratum ei semper in anima mea exhibeam tabernaculum, orate pro me.

Omnis Sancti et Sanctae Dei, qui beatifica jam visione aspicitis et adoratis, quem nos hic non nisi sub speciebus et quasi in ænigmate videmus: ut per salutiferum hujus Sacramenti usum vestro semel dignus consortio inveniar, orate pro me.

¶ Panem de celo prestitisti eis,

¶ Omne delectamentum in se habentem.

Oratio.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tue memoriam reliquisti; tribue quæsumus, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra Mysteria venerari, ut Redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus: Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus Sancti, Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

DIES XVI.

ANTE MISSAM.

Vos estis, o Sacerdotes, Christi vicarii, quia vicem ejus geritis. (S. Aug. Serm. 36 ad fratres.) Det personam in terris gerentes. (Conc. Mediol.) Pro Christo legatione fungimur. (II. Cor. 5.)

Precatio ad Patrem.

Tibi, Pater colestis, humiliter supplico per eam charitatem qua in tantum dilexisti mundum, ut Filium tuum unigenitum pro ejus reparatione dares: qua etiam Patriarcharum et Prophetarum corda movisti, ut Filii tui dilectissimi adventum enixis precibus flagitaret; per hanc charitatem et illorum merita, lacrymas et desideria rogo, ut ad ejusdem Filii tui Sanctissima Sacra menta suscipienda et Sacrificium offerendum me præparare digneris; quatenus corde puro et ardentи desiderio illa digne confidere et suscipere merear, eamque mentis munditionem consequar, qua Filii tui Jesu templum gratissimum fieri possim.

Precatio ad Filium.

Tibi quoque, Jesu-Christe, supplico, ut qua charitate dignatus es in mundum venire, eumque per Sanctissimam tuam Mortem ab aeterna morte eripere, me tuo nunc adventu vivifices, a maculis omnibus in tuo pretiosissimo Sanguine emundes et quidquid mihi deest ornamenti, clementer de tuo comunicare digneris, et tuis divitiis, divinisque Cordis

tui thesauris paupertati mœsi subvenias; ut sancte ad tuum Altare accedam et te in cordis mei hospitio, bene ornato, ardentem rad meam salutem suscipiam et requiescere faciam: ut sit vicissim in te requies mea in sæculum sæculi.

Precatio ad Spiritum Sanctum.

Tibi denique, Spiritus Sancte, supplico, ut qua charitate Apostolorum corda ad te recipiendum præparasti, et adveniens replevisti, eadem nunc cor meum inflamines et ita præpares, ut te toto corde totisque viribus amem, qui te nobis cum tanta dedisti charitate. Orna me tuis donis et gratiis, o Sanctissime Spiritus, meosque omnes occlude sensus et animæ potentias ab exterioribus revoca, ut Deo soli vacans, Sanctissimum Sacrificium pie et fervide offerre, et Panem Angelorum et Calicem salutis digne valeam degustare. Amen.

Directio intentionis.

Omnipotens, sempiterne Deus, ego N., minister tuus licet indignissimus, tibi hoc mane augustissimum missæ Sacrificium offerre volo eadem intentione, qua Dominus meus, Jesus Christus, Sacrificium suum obtulit in Cruce; nempe in Sacrificium Latreuticum, Eucharisticum, Propitiatorium et Imperatorium. Simul offero omnia alia missarum solemnias et sancta opera, quæ hodie per totum mundum flent, orans et obsecrans, ut ea tibi sint grata et acceptabilia, et fructus optati ex illis nobis obveniant.

Actus Contritionis.

O benignissime Creator cœli et terræ, Domine Deus

meus, ecce in conspectu Divinitate Majestatis tuæ et totius curia cœlestis ego indignus peccator confundor ac erubesco de omnibus iniquitatibus meis, quibus te, Deum meum omnipotentem justum et misericordem, qui me ad imaginem tuam creasti, toties adoram concitavi. Ideo ex intimis cordis mei visceribus poenitet me et doleo vehementissime de omnibus mortalibus et venialibus meis delictis, cogitatione, verbo, opere, omissione, aut quovis alio modo commissis, ab illo instanti, quo primum peccare potui usque in presentem diem. Doleo etiam, dulcissime Jesu, quod te tam benignum et misericordem Patrem et Redemptorem ausus fuerim tot enormibus culpis offendere; qui usque adeo me dilexisti ut pretiosum Sanguinem pro me effunderes et mortem ignominiosissimam sustineres. Utinam, o infinita Bonitas, te numquam offendissem quem ex intimis animæ medullis super omnia intensissime nunc diligo, et in vicem imperfecti doloris mei offero tibi amorosam illam contritionem, qua peccata sua defleverunt Sanctus Propheta David, Sanctus Apostolus Petrus, Sancta Maria Magdalena cum cæteris omnibus vere penitentibus, qui umquam fuerunt, sunt, et erunt usque ad consummationem sæculi. Et firmissime statuo, divina tua opitulante gratia, in qua omnem meam fiduciam colloco, nullum umquam post hac admittere peccatum. Amplius igitur lava me, Domine, ab iniuitate mea et a peccato meo munda me, ut mundus ab omni delicto ad sacri Altaris ministerium digne accedere valeam. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O Mater Dei et Virgo, quæ, quia gratia plena, omnini sanctitudine conspicua, ac sanitatis operibus jupiter addicta, merito laudaris ut *Vas spirituale*, *Vas*

honorabile, Vas insigne devotionis, ad sis mihi propria, ut cor meum ab omni macula emundetur, et gratia sanctitate et devotione decorum, fiat vas dignum, quod Dominum sanctitatis in se recipiat, atque continuo novis, iisque pretiosioribus, gratiae donis, ab ipso ornetur. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Ingressurus ad Sancta Sanctorum te suppliciter oro, Domine Deus meus, ut intercessione S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N.N. et Sancti N. illa pietate illoque fervore quibus ipsi erga te, in Sacramento vere, realiter et substantialiter presentem, vestuant, sacra Mysteria celebrem, ut copiosum inde charitatis spiritum valeam percipere. Amen.

DIES XVI.

POST MISSAM.

Adoratio ex B. P. Canisio.

Ave verum Corpus, natum ex Maria Virgine; vere passum, immolatum in Cruce pro homine: cuius latus perforatum vero fluxit Sanguine. Esto nobis pragmatum mortis in examine. O clemens, o pie, o dulcis Iesu, fili Mariae, miserere mei; et da, ut sicut te nunc videre et sumere merui sub forma panis, ita cum ad judicandum veneris, securns et gaudens te merear videre in gloria tua majestatis et perpetuo perfiri in regno aeternae claritatis; ubi cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

Salve quoque nobilissime Sanguis, de latere Domini mei Jesu-Christi profuens et totius veteris et nova-

culpe maculas diluens. Ablue, sanctifica, et custodi animam meam in vitam aeternam. Sit mihi Sanguis tuus, Domine Jesu, in remissionem omnium peccatorum meorum, negligentiarum et ignorantiarum mearum, in robur et augmentum fidei, spei, charitatis et omnium virtutum; in salutem animae et corporis, et adiectionem glorie aeternae. Amen.

Aspirations ad Jesum.

Imprime, obsecro Domine Jesu, in cor meum dulcem tui memoriam, ut igne amoris tui semper ardeam, tui desiderio aestuem et diluvio charitatis tuae penitus absorbear. Penetret, queso, hujus tui Sacramenti virtus omnia interiora mea, et quidquid in me pravum, quidquid vitiosum est, mortificet et eradicet. Quid enim mihi est in celo, Domine, et a te quid volui super terram! Tu es plenitudo mea, omne bonum et omne desiderium meum. Fiat itaque, Domine, cor et corpus meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ex Cone. Trid.

Omnipotens, sempiterne Deus, per viscera misericordiae tue te rogo et obsecro, ut nos omnes et singuli, qui Christiano nomine censemur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordie symbolo jam tandem aliquando conveniamus et concordemus: memoresque tantie majestatis et tam eximii amoris Domini nostri Jesu Christi, qui dilectam animam suam in nostrae salutis pretium, et Carnem suam nobis dedit ad manducandum, haec sacra mysteria Corporis et Sanguinis ejus ea fidei constantia et firmitate, ea animi devotione, ea pietate

et cultu credamus et veneremur : ut Panem illum
supersubstantialem frequenter suscipere possimus.
Et vere nobis sit Panis iste animæ vita et perpetua
mentis sanitas, cuius vigore confortati ex hujus mi-
seræ peregrinationis itinere ad cœlestem patriam
pervenire valeamus, eumdem Panem Angelorum,
quem modo sub sacris velaminibus edimus, absque
ullo velamine manducaturi. Per eumdem Christum
Dominum nostrum. Amen.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

Oratio ad Cor Jesu.

O superdignissima Trinitas, te laudo, glorifico, et
benedico, quod volueris nobilissimo Cordi Jesu mei,
cui cor meum miserrimum nunc tam intime est uni-
tum, multiplicita illa dona amoris, pietatis, misericor-
dis et gloriae, gratiarumque abundantiam conferre;
orans, ut per illud ipsum supplore ac perfecte restaurare
digneris quidquid inali commisi et quidquid
boni neglexi. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O Virgo et Mater, quæ vere es *Vas spirituale*, *Vas honorabile* et *Vas insigne devotionis*, pro me clienta
tuo intercede, ut in carne terrestri vitam ducam cœ-
lestem, et in spiritu orationis et devotionis quotidiano
Eucharistiae usu jugiter proficiens, tandem merear
immortalitatis stola vestiri et Sanctorum Sacerdotum,
cum Christo in cœlis regnantium, consortio
annumerari. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Intercedere pro me dignentur, Benignissime Deus,
S. Angelus Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N.N.

et Sanctus N., ut cuncta illa beneficia tum tempora-
lia tum spiritualia mihi et omnibus vivis atque de-
functis obtингant pro quibus obtainendis hodie Sa-
crificium Corporis et Sanguinis Jesu-Christi adoran-
dæ tuæ Majestati obtuli. Amen.

DIES XVII.

ANTE MISSAM.

*Ipsis profecto sacerdotibus licet non tantum semel in
anno ut olim, sed diebus singulis introire Sanctum
Sanctorum, et tam pro seipsis, quam pro populi recon-
ciliatione offerre hostiam.* (S. Laur. Just. de inst.
præl. c. 10). *Tria sunt, quæ celebraturus intendere
debet, scilicet Deum colere, Christi mortem memorari,
et totam Ecclesiam juvare.* (S. Bernar. de præp. ad
miss.)

Oblatio Sacrificii.

Domine, Jesu Christe, qui Carnem et Sanguinem
tuum in vovi Testamenti Sacrificium, nobisque in
cibum et potum præparare dignatus es, in eorumque
oblatione et sumptione Passionis et Mortis tuæ me-
moriam recoli voluisti : da mihi gratiam, ut huic
Sanctissimæ voluntati tuæ satisfacere, uberesque hū-
jus Sacrificii simul et Sacramenti, quod ad intentio-
nem N. et N. offerre propono, fructus percipere va-
leam ; qui vivis et regnas cum Deo Patre, in uni-
tate Spiritus Sancti, Deus. Per omnia sæcula sæculo-
rum. Amen.

Oratio pro seipso Sacerdote.

Deus, qui de indignis dignos facis, de peccatoribus
justos et de immundis mundos, munda cor et corpus

et cultu credamus et veneremur : ut Panem illum
supersubstantialem frequenter suscipere possimus.
Et vere nobis sit Panis iste animæ vita et perpetua
mentis sanitas, cuius vigore confortati ex hujus mi-
seræ peregrinationis itinere ad cœlestem patriam
pervenire valeamus, eumdem Panem Angelorum,
quem modo sub sacris velaminibus edimus, absque
ullo velamine manducaturi. Per eumdem Christum
Dominum nostrum. Amen.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

Oratio ad Cor Jesu.

O superdignissima Trinitas, te laudo, glorifico, et
benedico, quod volueris nobilissimo Cordi Jesu mei,
cui cor meum miserrimum nunc tam intime est uni-
tum, multiplicita illa dona amoris, pietatis, misericor-
dis et gloriae, gratiarumque abundantiam conferre;
orans, ut per illud ipsum supplore ac perfecte restaurare
digneris quidquid inali commisi et quidquid
boni neglexi. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O Virgo et Mater, quæ vere es *Vas spirituale*, *Vas honorabile* et *Vas insigne devotionis*, pro me clienta
tuo intercede, ut in carne terrestri vitam ducam cœ-
lestem, et in spiritu orationis et devotionis quotidiano
Eucharistiae usu jugiter proficiens, tandem merear
immortalitatis stola vestiri et Sanctorum Sacerdotum,
cum Christo in cœlis regnantium, consortio
annumerari. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Intercedere pro me dignentur, Benignissime Deus,
S. Angelus Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N.N.

et Sanctus N., ut cuncta illa beneficia tum tempora-
lia tum spiritualia mihi et omnibus vivis atque de-
functis obtingant pro quibus obtainendis hodie Sa-
crificium Corporis et Sanguinis Jesu-Christi adoran-
dæ tuæ Majestati obtuli. Amen.

DIES XVII.

ANTE MISSAM.

*Ipsis profecto sacerdotibus licet non tantum semel in
anno ut olim, sed diebus singulis introire Sanctum
Sanctorum, et tam pro seipsis, quam pro populi recon-
ciliatione offerre hostiam.* (S. Laur. Just. de inst.
præl. c. 10). *Tria sunt, quæ celebraturus intendere
debet, scilicet Deum colere, Christi mortem memorari,
et totam Ecclesiam juvare.* (S. Bernar. de præp. ad
miss.)

Oblatio Sacrificii.

Domine, Jesu Christe, qui Carnem et Sanguinem
tuum in vovi Testamenti Sacrificium, nobisque in
cibum et potum præparare dignatus es, in eorumque
oblatione et sumptione Passionis et Mortis tuæ me-
moriam recoli voluisti : da mihi gratiam, ut huic
Sanctissimæ voluntati tuæ satisfacere, uberesque hū-
jus Sacrificii simul et Sacramenti, quod ad intentio-
nem N. et N. offerre propono, fructus percipere va-
leam ; qui vivis et regnas cum Deo Patre, in uni-
tate Spiritus Sancti, Deus. Per omnia sæcula sæculo-
rum. Amen.

Oratio pro seipso Sacerdote.

Deus, qui de indignis dignos facis, de peccatoribus
justos et de immundis mundos, munda cor et corpus

meum ab omni contagione et sorde peccati ; et fac me dignum ac strenuum sanctis tuis Altaribus Ministrum. Concede propitius, ut in hoc Altari, ad quod indignus accedo, hostias acceptabiles atque placabiles offeram pietati tuæ pro peccatis et offensionibus meis, atque cunctorum simul Christianorum culpis abluendis ; et per eum sit tibi votum meum acceptabile, qui se tibi Deo Patri, pro nobis obtulit Sacrificium, et tecum et cum Spiritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

VERITATIS

Oratio ad Jesum

EX IMITATIONE CHRISTI.

Cum summa devotione et ardenti amore, cum toto cordis affectu et fervore, desidero te Domine, suscipere, quemadmodum multi Sancti et devote personæ in communicando te desideraverunt, qui tibi maxime in sanctitate vitæ placuerunt et in ardentissima devotione fuerunt. O Deus meus, amor æternus, totum bonum meum, felicitas interminabilis, cupio te suscipere cum vehementissimo desiderio et dignissima reverentia, quam aliquis sanctorum umquam habuit et sentire potuit.

Et licet indignus sim omnia illa sentimenta devotionis habere, tamen offero tibi totum cordis mei effectum, ac si omnia illa gratissima inflammata desideria solus haberem. Sed et quæcumque potest pia mens concipere et desiderare, hæc omnia tibi cum summa veneratione et intimo fervore prebeo et offero. Nihil opto mihi reservare, sed me et omnia mea tibi sponte et libentissime immolare. Domine, Deus meus, Creator meus, et Redemptor meus, cum tali affectu, reverentia, laude et honore, cum tali gratitudine, dignitate et amore, cum tali fide, spe et puritate

te affecto hodie suscipere, sicut te desideravit et suscepit sanctissima Mater tua gloriosa Virgo Maria, quando Angelo, evangelizanti sibi Incarnationis Mysterium, humilius ac devote respondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Et sicut beatus Precursor tuus, excellentissimus Sanctorum, Joannes Baptista, in præsentia tua lætabundus exultavit in gudio Spiritus Sancti, dum adhuc maternis clauderetur visceribus ; et postmodum cernens inter homines Jesum ambulantem, valde se humilians, devoto cum affectu dicebat : Amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi : sic et ego magnis et sacris desideriis opto inflammari et tibi ex toto corde meipsum præsentare. Unde et omnium devotorum cordium jubilations ardentes affectus, mentales excessus, ac supernaturales illuminationes et colicas visiones tibi offero et exhibeo cum omnibus virtutibus et laudibus, ab omni creatura in celo et in terra celebratis et celebrandis, pro me et omnibus mihi in oratione commendatis, quatenus ab omnibus digne lauderis et glorificeris in perpetuum.

Oratio ad B. M. V.

O Virgo sanctissima, quæ verediceris *Rosa mystica* obtuarum splendorem et odorem virtutum, tuarumque cruciatum spinas, obtine mihi gratiam, ut anima mea, virtutum splendore et odore coruscans et in adversis omnibus, quæcumque illa sint integre et libenter a se Divino beneplacito submittons, mereatur semper Eucharistico Cibo sancte cibari. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Interveniant pro me, Domine Jesu Christe, apud

thronum misericordiae tue S. Angelus Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei NN. et Sanctus N., ut cum propter peccata mea indignus sim qui ad Sacrificium offerendum accedam, ipsorum meritis et intercessione dignus reddar, et ex oblatione et perceptione Sacrorum Mysteriorum remissionem peccatorum et gratiae incrementum valeam accipere. Amen.

DIES XVII.

POST MISSAM.

Gratiarum actio.

O Clementissime Salvator, Christe Jesu, quam suavis es et mitis et multæ misericordia omnibus invocantibus te! Cum enim non essemus, divina potentia creasti nos: cum inimici tui essemus e celo veniens mira sapientia redemisti nos: et quia sine te, tam corpore quam spiritu, vivere, moveri et esse non possumus, immensa bonitate tua tot Sacramentis et auxiliis gratie nos usque conservas, imo Corpus et Sanguinem tuum, id est te ipsum, modo prorsus admirabili in hoc Sacramento largiris. O Charitas! o pietas! o novum et grande Mysterium!

Tunc, Deus meus, ad me venire dignatus es? Rex ac Dominus summae majestatis ad inflatum servum? Creator ad creaturam? Unde hoc mihi? Quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quia visitas eum? Numquid ego pulvis sum et cinis, vas sordium et esca vermium? Et ad hunc tu de celo venis, ut mihi amorem tuum demonstres, utque vitam habeam et abundantius habeam? O Deus et Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

Oratio ad Jesum

EX IMITATIONE CHRISTI.

O quam magna multitudo dulcedinis tue, Domine Jesu, quam abscondisti timentibus te! Quando re-cordor devotorum ad Sacramentum tuum, Domine, cum maxima devotione et affectu accendentium; tunc in me ipso confundor et erubesco, quod ad Altare tuum et sacrae Communionis mensam tam tepide et frigide accedo; quod ita aridus et sine affectione cordis maneo; quod non sum totaliter accensus coram te, Deo meo, nec ita vehementer accensus et affectus, sicut multi devoti fuerunt, qui pre nimo desiderio Communionis et sensibili cordis amore, a fletu se non potuerunt continere: sed ore cordis et corporis pariter ad te fontem vivum medullitus inhabant, suam esuriem non valentes aliter temperare nec satiare, nisi Corpus tuum cum omni jucunditate ac spirituali aviditate accepissent.

O vere ardens fides eorum, probabile existens argumentum sacrae presentiae tue! Isti enim veraciter cognoscunt Dominum suum in fractione panis, quorum cor tam valide ardet in eis de Jesu, ambulante cum eis. Longe, proh dolor, est a me saepe talis affectus et devotione, tam vehementer amor et ardor. Esto mihi propitius, Jesu bone, dulcis et benigne, et concede pauperi mendico tuo, vel interdum modicum de cordiali affectu amoris tui in sacra Oblatione, et Communione sentire, ut fides mea magis convalescat, spes in bonitate tua proficiat et caritas semel perfecte accensa et celeste manna experts, numquam deficiat. Potens est autem Misericordia tua etiam gratiam desideratam mihi praestare et in spiritu ardoris, cum dies beneplaciti tui venerit, me clementissime visitare. Etenim licet tanto desiderio tam

specialium devotorum tuorum non ardeo, tamen de gratia tua, illius magni inflammati desiderii desiderium habeo, orans et desiderans omnium talium fervidorum amatorum tuorum participem me fieri, ac eorum sancto consortio annumerari.

Alia Oratio ad Jesum.

O Domine Jesu, qui tam dignanter venisti ad me non dimittam te, nisi benedixeris mihi, tu qui aperis manum tuam et imples omne animal benedictione. O utinam accipiam benedictionem et misericordiam a te, Deo salutari meo! quatenus a peccatis et vitiis magis magisque purifice et eam de virtute in virtutem, donec te clare videam Deum deorum in Sion, quem nunc sub sacris speciebus velatum et per speculum in enigmate video.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ad B. M. V.

Sancta Maria, ab ardore charitatis et dolorum vehementia Rosa mystica dicta, impetra milii, ut dominum meum Jesum-Christum, quem nunc praesentem in anima mea possideo, exemplo tuo toto cordis affectu diligam, cunctaque aspera et dura, quae mihi evenire poterunt, sive per diemonis nequitiam, sive per propriam meam culpam aut hominum iniquorum perversitatem, pro ejus amore libenter perferam. Amen.

DIRECCIÓN GENERAL

Oratio ad Sanctos.

Intercedant pro me, Domine Deus, apud tuam clementiam S. Angelus Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N.N. et Sanctus N., ut per Sacrosancta, quæ

sumpsi, Sacraenta confortatus, certem certamen fidei tamquam bonus miles Christi per arma justitiae a dexteris et a sinistris, quatenus certam meam vocationem et electionem facere, omnesque Christo lucrifacere valeam. Amen.

DIES XVIII.

ANTE MISSAM.

Sacerdotes propter officium dignitatem deorum nomine nuncupantur (Inn. III in Can.)

Munus Spiritus Sancti Sacerdotis officium. Ne ergo sit honor sublimis et vita deformis, decifica professio et illicita actio. Actio respondeat nomini. (S. Ambr. de Sac. c. 2.)

Instante celebratione, totis viribus curare debet sacerdos, ut in ara cordis sui ignem divini amoris succendat actusque eliciat diversarum virtutum, qui heroici sint et tanto sacrificio, quantum fieri poterit, convenientes. (Card. Bona de celebr.)

Oratio preparatoria.

Gratias tibi ago, mi Jesu, pro ineffabili tua charitate, qua transiurus ex hoc mundo ad Patrem mensam mihi parasti in dulcedine tua, mensam pretiosissimi Corporis et Sanguinis tui, ut adipe et pinguedine repleatur anima mea, et secreto illapsu nutritio eius roboretur infirmitas mea. Utinam ab omni labore purus, ab omni inordinata affectione perfecte emundatus, omni virtutum genere decorus, ac celestibus donis omnibus exornatus essem, ut te Deum meum, Panem Angelorum ea, qua par est, dispositione recipere valerem. Sed infirmus, miser et nudus obsecro Beatissimam Virginem Mariam, Matrem

tuam, et omnes Sanctos tuos, ut tibi pro me offrant charitatem, fidem et devotionem, quibuscum hoc Sanctissimum Corporis et Sanguinis tui Sacramentum in terris suscepserunt. Et quia particeps sum omnium timentium te, offero tibi omnium Sacerdotum, omniumque fidelium hac die celebrantium et communicantium pietatem et puritatem. Offero omnium justorum ab origine mundi usque ad ejus consummationem virtutes et merita ac pios erga te, dulcissime Jesu, affectus in supplementum infirmitatis ac insufficientie mea. Ast quidquid, eheu, tibi obtulero debito semper impar erit. Misericordissime Deus, qui mundum de immundo facis, me factalem, qualem me desideras: para ipse thronum, adorna thalamum, vitiis omnibus expurga et meritis tuis instrue; in me veniens succende me ignita vi amoris tui, ut sim tecum consummatus in unum, omnino abstractus a me ipso et ab omni creatura, ut vere cum sancto tuo Apostolo exclamare possim: vivo, jam non ego, vivit vero in me Christus.

Actus Contritionis.

Domine Jesu Christe, verus Deus et Homo, Creator ac Redemptor meus, premit me ex toto corde, quod offendierim te Dominum ac Deum meum, quem amo super omnia. Et nunc ad Sancta tua ingressurus, statuo firmiter amplius non peccare, omnesque peccandi occasiones devitare. Et in satisfactionem peccatorum meorum offero tibi sacratissimam Vitam, Passionem et Mortem tuam, totumque pretium Sanguinis tui pro nobis effusi, merita quoque Beatae Marie semper Virginis et omnium Sanctorum, atque omnia bona opera mea et totam vitam meam. Et confido in bonitate et misericordia tua infinita quod per merita pretiosissimi Sanguinis tui remissurus mihi

sis omnia delicta mea et gratiam uberem largitus, qua vitam sancte instituere, tibique perfecte et fideliter usque ad ultimum vite meæ halitum in sancta mea vocatione servire valeam. Amen.

Oratio ad Jesum.

Venio ad te, Domine Jesu, ego miserrimus peccatorum tot plagiis saucius, tot pravis passionibus graviter affectus; sed tu, Domine, si vis, potes me sanare; tu es enim verus ille Samaritanus, verus animarum medicus, qui languores nostros portasti; tu es, qui dedisti in animæ meæ medicamentum pretiosi Corporis et Sanguinis tui Sacramentum. Miserere ergo mei, Domine, et sana animam meam, quia peccavi tibi. Sacrificium tibi spiritus contribulatus, hoc prius offero tibi, ut Sacrificium pretiosi Corporis et Sanguinis tui securius offerre valeam. Tu igitur disrumpe vincula peccatorum meorum, et sanctissima tua gratia orna peccatricem meam animam, et tunc digne sacrificabo tibi hostiam laudis, et victimam salutis, qua tolluntur peccata et delicta totius mundi, et ima summis reconciliantur.

Oratio ad B. M. V.

O Maria, ex David oriunda, inimicorumque nostrorum tela a nobis avertens, et ideo *Turris Davidica* nuncupata; *Turris quoque eburnea*, eboris lenitatem, fortitudinem et candorem in te exhibens; defende me contra hostes meos; redile me lenem, fortem et castum et intercede pro me, ut digne semper et fructuose sacratissimis Altaris mysteriis participem. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Orate pro me S. Angele Custos S. Joseph, SS. Patroni mei N.N. et Sancte N. ut mihi misero peccatori copiosa gratia obveniat, quatenus Sacrificium meum non obstante mea indignitate, Divinae Majestati fiat acceptabile, mihique et omnibus, pro quibus illud offerre proposui, ipsa miserante, sit propitiabile. Amen.

DIES XVIII.

POST MISSAM.

Gratiarum actio.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Utinam aperiantur labia mea et repleatur os meum laude, ut canteam gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam, et enarrem universa mirabilia tua. Magnificet anima mea Dominum tot tan-tisque affecta beneficiis, et exultet spiritus meus in Deo salutari meo, quia respexit humilitatem servi sui, et fecit mihi magna qui potens est, et esurientem implevit bonis. Benedic ergo nunc anima mea Domino, et omnia, quæ intra me sunt, Nomini sancto ejus. Benedic anima mea Domino, et noli obliisci omnes retributiones ejus; qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis et sanat per hujus Sacramenti virtutem omnes infirmitates tuas. Utinam exhibeam deinceps corpus meum hostiam viventem, sanctam tibi placentem. Vivam ego, jam non ego, vivat vero in me Jesus Christus, quem intra me ipsum habeo. Juravi, o Deus, et statui custodire judicia justitiae tuæ. Verum, o Domine, velle quidem adjacet mihi,

perficiere autem non invenio; ad te igitur levavi oculos meos, quia imperfectum meum viderunt oculi tui. Tu respice, præcor, oculis misericordiæ tue infirmitatem meam et deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia, ipsam volui.

Oratio ex Imitatione Christi.

Quis mihi det, Domine, ut inveniam te solum et aperiā tibi totum cor meum, et fruar te, sicut desiderat anima mea; et jam me nemo despiciat nec ultra creatura me moveat vel respiciat; sed tu solus mihi loquaris, et ego tibi, sicut solet dilectus ad dilectum loqui et amicus cum amico convivari? Hoc oro, hoc desidero, ut tibi totus uniar, et cor meum ab omnibus creatis rebus abstraham, magisque per sacram Communionem ac frequentem Celebrationem cœlestia et æterna sapere discam. Ah, Domine Deus, quando ero tecum totus unitus et absorptus meique totaliter oblitus? Tu in me, et ego in te et sic nos pariter in unum manere concede. Vere tu es dilectus meus, electus ex millibus, in quo complacuit anima mea habitare omnibus diebus vita suæ. Vere tu es pacificus meus, in quo pax summa et requies vera, extra quem labor et dolor et infinita miseria. Vere tu es Deus absconditus, et consilium tuum non est cum impiis sed cum humilibus et simplicibus sermōnibus. O quam suavis est, Domine, spiritus tuus, qui, ut dulcedinem tuam in filios demonstrares Pane suavissimo, de celo descendente, illos reficare dignaris. Vere non est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut tu, Deus noster, ades universis fidelibus tuis; quibus ob quotidianum solatium et cor erigendum in cœlum, te tribuis ad edendum et fruendum. Quæ est enim alia gens tam inclita, sicut plebs Christiana? Aut quæ creatura

sub cœlo tam dilecta ut anima devota, ad quam ingreditur Deus, ut pascat eam carne sua gloria? O ineffabilis gratia, o admirabilis dignatio, o amor immensus, homini singulariter impensus! Sed quid retribuam Domino pro gratia ista, pro caritate tam eximia? Non est aliud, quod gratis donare queam, quam ut **cor meum** Deo meo totaliter tribuam et infime conjugam. Tunc exultabunt omnia interiora mea, cum perfecte fuerit unita Deo anima mea. Tunc dicit **michi**: si tu vis esse mecum, ego volo esse tecum, Et ego respondebo illi: Dignare, Domine, manere **meum**, ego volo libenter esse tecum. Hoc est totum desiderium meum, ut **cor meum** tibi sit unitum.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio pro remissione peccatorum.

O clementissime Deus, in multititudine miseracionum tuarum introiui ad altare tuum, a quo propter iniquitates meas repellendus eram. Malum coram te feci, Domine; sed ne projicias mea facie tua, pro cuius salute te abjecisti et eulsi in alimoniam dedisti. Parce mihi, et da mihi veniam omnium meorum delictorum per Valnera et Sanguinem dilectissimi Filii tui, Domini mei Jesu-Christi. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O Mater Dei et Virgo, *Turris Davidica, Turris churnet*, oculos misericordie tuae ad me converte, et Dominum Jesum Christum pro me precare; ut frumento electorum et vino, quod germinat Virgines, nutritus, forti animo et mundo corde et corpore in Dei servitio usque ad ultimum vitæ meæ halitum constanter perseverem. Amen.

Oratio ad Sanctos.

S. Angele Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N.N. et Sancte N. pro me orare dignemini, ut ex sumptione quotidiana Corporis et Sanguinis Iesu-Christi, Salvatoris mei, copiosum charitatis spiritum hauriam, quo illi semper placeam, et me verbo et opere impendam saluti animarum, quas pretioso suo Sanguine redemit. Amen.

DIES XIX.

ANTE MISSAM.

In qualibet Missa invenitur omnis fructus, quem Christus operatus est in Cruce. (S. Thom. in Cap. 6 Is.)

Tantum valet celebratio Missæ, quantum valet mors Christi in Cruce. (S. Chrys. Ap. disc. serm. 48.)

Nullus profecto valet humano explicare eloquio, quam locuples fructus, quanta ex oblatione sacrificii Missæ exuberant dona. (S. Laur. Inst. serm. de Euch.)

Applicatio generalis Saecifeli.

Miserere, clementissime Domine, per virtutem hujus vivifici Sacrificii, ad quod nunc de tua confusis misericordia accedo, sanctæ et universalis Ecclesie, et omnia mala, hereses, discordias et dissensiones ab ea avelle. Errantes in ea corrige, incredulos ad veram fidem converte. Schismaticos ad Unitatem Ecclesie fac redire, ipsisque lumen tuae veritatis ostende. Peccatoribus veram poenitentiam largire; justos in bono proposito fac perseverare, populo Christiano pacem dona. Clerum defende, Religiosos in

tuo servitio conservare digneris. Omnes laborantes confortar, tristes consolare, infirmis sanitatem anima et corporis restitu : pauperibus ac egentibus omnia necessaria tribue : peregrinantibus et exulantibus eum salute ad propria remeare concede. In periculis aquarum positos ad portum fac pertingere : in vineulis et carceribus detentos sanctam da resignationem. Omnibus, quos malo exemplo ad peccandum induximus, tu Pater misericordissime indulge. Omnibus, quos conturbavimus, læsimus, vel scandalizavimus gratiore bona cuncta concede. Omnibus parentibus, amicis et inimicis, confratribus et benefactoribus, et quorum utimur vel usi sumus beneficiis, omnibusque pro nobis Deum orantibus, vel nostris orationibus se commendantibus, omnia bona retribue et eos ab omni malo defende in tuoque servitio fac eos perseverare ; et post hujus miserrima vitæ cursum ad te, qui ipse es vera nostra merces, præmium æternum et gloria, da pervenire. In tribulationibus, in persecutionibus, in temptationibus ad te clamantibus auxiliare. In agone positis et de hoc sæculo exituris succurre, et animas eorum a fauibus rugientis inimici eripe. Nobis omnibus veram charitatem largire, omnibusque tuis fidelibus, vivis atque defunctis, per hujus Sacrificii et Sacramenti virtutem præsta subsidium, auxilium et solamen, nobis adhuc in carne præsentibus tuam gratiam largiendo et hac vita functis æternam requiem tribuendo.

Actus Contritionis.

O dulcissime Deus, Creator et Salvator meus, doleo ex intimo corde, quod umquam offendierim te, Dominum ac Deum meum, te, quem amare debo super omnia, quia et super omnia bonus es, et plurima eaque

magnifica mihi bona tribuisti ; et eheu ! infelix et ingratu ego peccator non retrubui nisi mala pro bonis. Verum propitius esto peccatis meis, Domine, nunc enim firmiter propono non amplius te offendere, omnesque peccandi occasiones fugere ; ideoque nunc hoc augustinum Sacrificium offerre et salutiferum hoc Sacramentum sumere cupio, ut in amore tuo confirmet et contra omnes peccandi occasiones muniar, ut ita tu in me et ego in te perpetuo maneam.

Actus desiderii.

O Panis sancte, Panis cor hominis confirmans, quem qui manducat, vivet in æternum, et qui non manducat, vitam non habebit. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum ! Concupiscit et deficit anima mea in atria tua, Domine, ubi Panem illum dispensas et das escam timentibus te. Inclina aurem tuam et exaudi me, quoniam inops et pauper sum ego ; et refice esurientem animam meam, ut in fortitudine cibi illius ambulem per hujus mundi desertum usque ad montem Dei, donec manducem te pleno ore in regno tuo, et satier ab ubertate domus tua.

Oratio ad B. M. V.

O Mater Divini Verbi, ob ardente tuum erga Deum et erga nos amorem *Domus aurea* vocata, scintillam illius incomprehensibilis erga Jesum amoris mihi largire ; ut illum, in sancto amoris sui Sacramento, totis cordis mei viribus diligam semper, et nunc sancte et servide hoc augustinum Sacrificium offeram. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Te quoque deprecor, Domine Deus meus ut intercessione S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. ab omni macula merear mundari et gratia ornari vestimento, et nihil ita in me sit, quod oculos tue majestatis offendere vel fructibus Sacrifici, nunc a me offerendi, me indignum reddere valeat. Amen.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

DIES XIX.

POST MISSAM.

Exercitium post Missam

EX P. ANTONIO MOLINA.

O Pater misericordiarum et Deus totius consolationis ! qui ex abundantia infinitae charitatis tue dedisti nobis unigenitum Filium tuum, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam ; utque ex immenso meritorum ejus thesauro nostra suppleatur inopia : en ego, miser peccator, sed per misericordiam tuam vocatus in numerum ipsius Sacerdotum nunc quoque particeps factus sum Corporis et Sanguinis ejus. Proinde illum jam in pectore meo complector, et tamquam rem meam, intime mihi conjunctam, possideo. Atque uttalem, in unione charitatis, qua seipsum olim dedit pro nobis, in ara crucis, et modo se dat et communicat in Sacramento Altaris, tibi eum offero una cum omnibus ejus meritis atque virtutibus in æternam laudem et gloriam tuam ; ut in illo tibi perfecte complaceas : et nos, qui tibi placere de actibus nostris non valemus, di-

lectissimi Filii tui meritis et patrocinio perfecte placeamus. Offero tibi, Pater sanctissime, omnem ejus charitatem, religionem, obedientiam, humilitatem, paupertatem, mansuetudinem, patientiam, cum aliis omnibus virtutibus quibus excelluit, ut totum, quod mihi deficit, per illas suppleatur. Cumque ego debitas tibi gratias agere nequeam pro beneficiis mihi collatis, offero tibi omnes laudes, quas ipse obtulit, cum visibilis inter homines versaretur in terra, et quas tibi nunc offert in gloria. Cum vero satisfacere nequeam tibi pro debitis ac peccatis meis, offero tibi omnes ejus labores, Jejunia, vigilias, fatigaciones, orationes, quidquid denique fecit aut pertulit a primo Incarnationis instanti, quoque spiritum emisit in cruce : omnes angustias, dolores ac tormenta passionis, omnem sanguinem pro me effusum, omnia vulnera pro me accepta ac mortem pro me toleratam. Ecce hic est thesaurus, Pater clementissime, in quo totam spem reposui ; haec sunt divitiae, quas offero in satisfactionem omnium debitorum meorum. Aspice, pie Pater, in faciem Christi tui, et cum sit hic Filius tuus dilectus, in quo tibi semper bene complacuit, qui nunc mihi intime conjunctus est, supplex rogo, ut me quoque respicias oculis misericordiae tue. Sub ejus protectione et tutela, sub umbra meritorum ipsius compareo coram te, ut illum præcipue intuens, me quoque clementer ac benigne respicias tamquam mancipium ejus et servum perpetuum. Ne permittas, obsecro, ut pereat illa anima, quæ toties in se recipit Filium tuum, qui a te missus, venit in mundum querere et salvum facere quod perierat. Hoc presta mihi per infinitam misericordiam tuam. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Laus SS. Sacramenti.

Laudetur sanctissimum Sacramentum Corporis et Sanguinis Domini mei Iesu Christi tot laudibus, quot in celo stellae, in igne scintillae, in aere atomi, in mari guttulae, in terra pulveres, quot vere flores, aestate gramina, autumno folia, hieme nives et gran-dines, quot corpora in universo creature; quia dignus es Domine universorum, qui sub corporeis vini panisque speciebus lates.

Laudetur sanctissimum Sacramentum Corporis et Sanguinis Domini mei Iesu Christi tot laudibus, quot ulla opere exhiberi, quot ore proferri, corde omnium hominum et omnium Angelorum intelligentia um-quam ex cogitari potuerunt vel possunt; quia dignus es tu, Domine, Pater noster, qui nos cibas et potas quotidie.

Laudetur sanctissimum Sacramentum Corporis et Sanguinis Domini mei Iesu Christi tot laudibus, quot sanctissima Trinitas sua Sapientia concipere sua Bonitate optare potest, omni modo, omni loco, omnique tempore in aeternum et ultra: quia dignus es, Domine Deus meus, qui nobis donas non tantum Humanitatem sed et Divinitatem tuam, Dominus meus, et Deus meus, vere laudabilis et gloriosus et super-exaltatus in saecula. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Sancta Maria, quae, quia Mater Dei et Domini nostri Iesu Christi fuisti, ab Ecclesia ut *Domus aurea* laudaris, intercedere pro me digneris; ut anima mea Angelorum almonia nutrita, dignum semper totius sanctae Trinitatis permaneat habitaculum, et nulla amplius peccati, nequidem minimi, macula detur-petur. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Omnipotens, sempiterne Deus, per intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. te deprecor, ut cœlestibus refectus Mysteriis, jam non ego vivam, vivat vero in me Jesus Christus, Filius tuus; et ut, in ejus charitate usque ad mortem fideliter perseverans, tandem aeternæ hereditatis bravium accipiam. Amen.

DIES XX.

ANTE MISSAM.

Missa cum devotione celebrata excitat fidem in corde adstantium; ubi e contra Missa sine devotionis sensu celebrata presentium fidem et pietatem destruit. (S. Alph. Selva Inst. 1.) Ecclesia ceremonias adhibuit, ut majestas tanti Sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per hæc visibilita religionis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc Sacrificio latent, contemplationem excitarentur. (S. Conc. Trid. sess. 22.)

Directio intentionis.

O summe ac potentissime Deus, in laudem et glori-am supremæ Majestatis tue; in memoriam sanctissime Vitæ, Passionis ac Mortis Iesu Christi, Salvatoris mei; in gratiarum actionem pro omnibus donis et beneficiis tuis, mihi indigno peccatori et toti Ecclesie tue concessis; in propitiacionem pro immu-neris peccatis meis; pro salute mea et proximorum N. N. pro solatio quoque defunctorum N.N. ego, indignus peccator, sanctissimi Corporis et Sanguinis tui Mysteria recolere et recipere cupio. Vere, Domi-

ne, in te solo totum est, quod satiare possit cordis
mei desiderium. Quid enim mihi est in cœlo, et a te
quid volui super terram? Nonne tu ipse eris merces
nostra magna nimis?

Actus contritionis.

Sacrificium spiritus contribulati tibi, mi Domine Deus, una cum Sacrificio et Sacramento Corporis et Sanguinis Filii tui, Salvatoris mei, humiliter offero. Doleo enim ex intimo corde, quod te, Deum meum, summe bonum, et in me tam beneficium, ac in Sacramento me reficiens, umquam offenderim peccatis meis, præsertim talibus N. et N., quæ tu nosti, o scrutator cordium, sed et ego miser peccator in amaritudine animæ mea dolens confiteor. Utinam numquam offendissem te! sed cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies; tu, qui amore nostri disti nobis Unigenitum tuum, ut nos lavaret a peccatis nostris in Sanguine suo.

Actus humilitatis.

Sed quomodo audeo accedere ad te, Domine? Nonne tu Deus Creator ac Judex meus, Rex cœli et terræ? At quis ego? Villis terra vermiculus, pulvis et cinis, et quod indignus est, toties erga te inobediens et ingratius peccator? Vere, Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed memento, Domine, quia cum esses Dominus omnium, assumpta forma servi, venisti ad nos et familiariter egisti cum publicanis et peccatoribus; denique humiliasti temetipsum usque ad mortem. Illa, quæso, te moveat humilitas, ut me villem et humilem non despicias; sed clementer ad me venias et me venientem ad te benigne suscipes.

Actus fiducie.

O Pater æterne! per merita Filii tui concede mihi gratiam digne celebrandi Missam et recipiendi non solum Sacramentum sed etiam rem et virtutem Sacramenti. Offero tibi humilitatem et sanctitatem gloriose semper Virginis Mariæ, fervorem et devotionem omnium Sanctorum; ut illorum merita suppleant quidquid mea non valet infirmitas.

Domine Jesu, propitious esto mihi peccatori, et sacris mysteriis Corporis et Sanguinis tui fac me ita digne semper uti, ut copiosum fructum et robur contra omnes mundi, carnis ac dæmonis insidias consequar; vitia hæc N. et N. maxime fugiam; virtutes vero statui meo maxime necessarias, charitatem, humilitatem et puritatem diligentius exercere satagam et indies fidelius tibi servire studeam.

Spiritus Sancte, Deus amor Patris et Filii, adsit mihi virtus tua, quæ cor meum ab omni terrena affectione et peccatorum maculis clementer expurgans, dignum Domino meo, Jesu Christo, in me præparet habitaculum. Orna me virtutum meritis et gratiarum tuarum donis, ut fiat anima mea et maneat semper dignum totius sanctissimæ Trinitatis tabernaculum.

Oratio ad B. M. V.

Tu vere, o Beatissima Virgo Maria, es *Arca fœderis*, quæ castis tuis visceribus auctorem utriusque fœderis occlusisti; præpara, quæso, templum cordis mei, ut eumdem Dominum Jesum Christum digne et reverenter in illud introducam, et ipse perpetuum sibi in illo dignetur figere tabernaculum, ita ut numquam sive in vita sive in morte, a Jesu separer. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Oro te, Domine Jesu, ut suffragiis S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N.N. et Sancti N. valeam gaudere, quatenus digne et devote semper merear celebrare, et quotidiana Missæ celebratione quotidie quoque in virtutibus, statui meo Sacerdotali consentaneis, proficiam. Amen.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

DIES XX.

POST MISSAM

Oratio ad Jesum.

O Jesu, dulcis hospes animæ meæ ! prospere processeris ad hunc pauperculum et humilem servum. Intraveris fauste sub hoc angustissimum et vile tectum, Benedictus et superexaltatus, qui venisti in cor meum, oriens ex alto. O Rex pacifice ! fuga ex animo et corde meo catervas vanarum cogitationum ; ut te solum, pacis auctorem, contemplari et diligere queat anima mea. Ecquid, præter te, o pax, tranquillitas et dulcedo cordis mei, querat et gustet anima mea ? O fons amoris perpetuus ! quomodo tui obliisci potero, qui mei dignatus es recordari, et te ipsum mihi dare ? Fecisti, ultra omnem spem, misericordiam cum seruo tuo ; et ultra omne meritum, gratiam et amicitiam exhibuisti. Quid retribuam tibi pro gratia ista ? Utinam possem tibi servire cunctis diebus vita mea ! Utinam vel uno die dignum servitium exhibere sufficerem ! Vere tu es dignus omni servitio. omni honore et laude æterna. Vere Dominus meus es, et ego pauper servus tuus, qui totis viribus teneor tibi servire, nec umquam in laudibus tuis debo fastidi-

re. Sic volo, sic desidero ; et quidquid mihi deest, tu digneris supplere. Concede mihi, benignissime Jesu, gratiam tuam, ut tecum sit et tecum labore, mecumque usque in finem perseveret. Da mihi semper desiderare et velle, quod tibi magis acceptum est et charius placet. Tua voluntas mea sit, et mea voluntas tuam semper sequatur et optime ei concordet. Sit mihi unum velle et nolle tecum ; nee aliud posse velle aut nolle, nisi quod tu vis, et non vis. Da mihi omnibus mori, quæ in mundo sunt, et propter te amare contemni et nesciri in hoc sæculo. Da mihi super omnia desiderata in te quiescere et cor meum in te pacificare. Tu vera pax cordis, tu sola requies : extra te omnia sunt dura et inquieta. In hac pace, in idipsum, hoc est, in te uno, summo et æterno bono, dormiam et requiescam. Amen.

Gratiarum actio.

Quid tibi, Domine Jesu, retribuam pro omnibus, quæ retribuisti mihi, presertim hodie ? Sollicitus mei, dedisti mihi Corpus tuum in cibum et Sanguinem in potum et utramque in pignus futura gloria. Quis audivit umquam tale ? Quis vidit huic simile ? Utinam aperiantur labia mea, et repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam, et enarrem universa mirabilia tua ! Magnificet anima mea Dominum, tot tantisque affecta beneficiis ; et exultet spiritus meus in Deo salutari meo : quia respexit humilitatem servi sui, et fecit mihi magna qui potens est et esurientem implevit bonis. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi : quoniam confirmata est super me misericordia ejus. Laudate eum omnes Angeli ejus ; laudate eum omnes virtutes ejus ; reges terræ et omnes populi : principes et omnes judices terræ ;

juvenes et virgines, senes cum junioribus. Sed et lingua mea, o pie Jesu, meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam. Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi? Potens es, Domine, et veritas tua in circuitu tuo: magnificus in donis tuis, et sanctus in omnibus operibus tuis. Jucundum sit tibi eloquum meum; ego vero delectabor in te, et in mandatis tuis exercebor; tene manum dexteram meam, et in voluntate tua deduc me, ut aliquid cum gloria suscipias me. Amen.

Aspiratio ad Jesum.

Obsecro te, mitissime ac bone Jesu, ut haec immortalis hostia pro me tibi gratias referat, me tibi reconciliet, me tibi restituat, mihique peccatori veniam tribuat et ad vitam perducat æternam. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ad B. M. V.

Sancta Maria, que in Incarnatione Domini nostri Jesu Christi facta es *Arca fæderis*, me, o Mater, benigne respice, qui dignum nunc objectum oenlorum tuorum factus sum, et impetra mihi, ut ad exemplum tuum cor meum ab omni sorde peccati mundum custodiam, illudque, benigna manu tua auxiliante, virtutibus fidei Sacerdote dignis omni die magis ac magis exornare studeam. Amen.

Oratio ad Santos.

Concede mihi, Domine Jesu Christe, intercedentibus S. Angelo Custode, S. Joseph, SS. Patronis meis N. N. et Sancto N., tibi, in Eucharistia vere, realiter et substantialiter præsenti, semper magis cre-

dere, in te spem habere, te diligere, donec, te revelata cernens facie, visu sim beatus tuæ gloriae, Amen.

DIES XXI.

ANTE MISSAM.

O veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manus, veluti in utero Virginis, Dei Filius incarnantur! (S. Aug. Hom. 2 in Ps. 37.) Virgo benedicta, excusa me, quia non loquor contra te: Sacerdotum Filius tuus pretulit super te. (S. Bernardinus Sen. Tom. I Serm. 20.)

Actus fidei.

Credo firmiter, o Jesu, et viva fide profiteor, quia tu ipse, Deo Patri æqualis in gloria et potestate, verus Deus et Homo, vere et realiter præsens es in hoc Sacramento. Tu enim ipsa veritas dixisti: Hoc est Corpus meum. Hic est calix Sanguinis mei. Credo quidquid dixit Dei Filius; nil hoc verbo veritatis verius. Adjuva, Domine Deus meus, incredulitatem meam, adauge mihi fidem, in qua, auxiliante tua, divina gratia, vivere volo et mori.

Actus spei.

O Christe Jesu! sum quidem ego pulvis, cinis et peccator; sed tu Pater es misericordiarum et Deus totius consolationis. Quis umquam intellexit misericordias tuas? Nonne tu laborantes et oneratos vocas ad te, ut eos reficias? Nonne tu es refugium meum? Ad quem ergo irem? Tu solus verba æternæ vite

juvenes et virgines, senes cum junioribus. Sed et lingua mea, o pie Jesu, meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam. Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi? Potens es, Domine, et veritas tua in circuitu tuo: magnificus in donis tuis, et sanctus in omnibus operibus tuis. Jucundum sit tibi eloquum meum; ego vero delectabor in te, et in mandatis tuis exercebor; tene manum dexteram meam, et in voluntate tua deduc me, ut aliquid cum gloria suscipias me. Amen.

Aspiratio ad Jesum.

Obsecro te, mitissime ac bone Jesu, ut haec immortalis hostia pro me tibi gratias referat, me tibi reconciliet, me tibi restituat, mihique peccatori veniam tribuat et ad vitam perducat æternam. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ad B. M. V.

Sancta Maria, que in Incarnatione Domini nostri Jesu Christi facta es *Arca fæderis*, me, o Mater, benigne respice, qui dignum nunc objectum oenlorum tuorum factus sum, et impetra mihi, ut ad exemplum tuum cor meum ab omni sorde peccati mundum custodiam, illudque, benigna manu tua auxiliante, virtutibus fidei Sacerdote dignis omni die magis ac magis exornare studeam. Amen.

Oratio ad Santos.

Concede mihi, Domine Jesu Christe, intercedentibus S. Angelo Custode, S. Joseph, SS. Patronis meis N. N. et Sancto N., tibi, in Eucharistia vere, realiter et substantialiter præsenti, semper magis cre-

dere, in te spem habere, te diligere, donec, te revelata cernens facie, visu sim beatus tuæ gloriae, Amen.

DIES XXI.

ANTE MISSAM.

O veneranda Sacerdotum dignitas, in quorum manus, veluti in utero Virginis, Dei Filius incarnantur! (S. Aug. Hom. 2 in Ps. 37.) Virgo benedicta, excusa me, quia non loquor contra te: Sacerdotum Filius tuus pretulit super te. (S. Bernardinus Sen. Tom. I Serm. 20.)

Actus fidei.

Credo firmiter, o Jesu, et viva fide profiteor, quia tu ipse, Deo Patri æqualis in gloria et potestate, verus Deus et Homo, vere et realiter præsens es in hoc Sacramento. Tu enim ipsa veritas dixisti: Hoc est Corpus meum. Hic est calix Sanguinis mei. Credo quidquid dixit Dei Filius; nil hoc verbo veritatis verius. Adjuva, Domine Deus meus, incredulitatem meam, adauge mihi fidem, in qua, auxiliante tua, divina gratia, vivere volo et mori.

Actus spei.

O Christe Jesu! sum quidem ego pulvis, cinis et peccator; sed tu Pater es misericordiarum et Deus totius consolationis. Quis umquam intellexit misericordias tuas? Nonne tu laborantes et oneratos vocas ad te, ut eos reficias? Nonne tu es refugium meum? Ad quem ergo irem? Tu solus verba æternæ vite

habes : tu solus consolaris me in omni tribulatione mea. Sum quidem æger et infirmus : sed tu es salus mea : non est opus bene valentibus medico sed malle habentibus. Si solummodo pertransiens curabas omnes ; si umbra Petri curabat infirmos : nonne ego confidere debeo, quia, intrante te sub tectum meum, et in me inhabitante cum plenitudine Divinitatis, sanabor ab infirmitatibus meis ? Igitur cum nihil, te propitio, mihi conscius sim, surgo et vado ad te Patrem, medicum et refugium meum ; sperans, quod hoc Sacrificium et hæc Communio futura mihi sint fidei, spei et charitatis augmentum : contra inimicorum meorum insidias firmissima tutio ; turpium cogitationum effugatio ; hujus defectus et vitii N. exterminatio ; operum tibi placentium et præsertim hujus virtutis N. salubris efficacia ; et tandem pignus futuræ gloriæ. Deposita est hæc spes mea in sinu meo ; quia miserator et misericors es et in promissis fidelissimus.

Actus charitatis.

O Dulcissime Salvator, Christe Jesu, quanta fuit vis amoris, quæ te traxit a sinu Patris in hanc lacrymarum vallem, ut humanam carnem assumeres ; influitas miserias, injurias, imo crucem mortemque subires, idque solum propter miseros nos homines et propter nostram salutem ! O quantus amor damnare nos poteras et salvare maluisti ! nos rei eramus, et tu innocens subis supplicium, ut reos liberes ! Ex amore itaque ad nos in carnem venisti, et demum abituras ex hoc mundo ad Patrem, in pignus amoris, hoc Sacramentum nobis reliquisti : ut modo prorsus novo et admirabili semper nobiscum maneres, cuius deliciæ sunt esse cum filiis hominum. O Domine : quantum dignus es amari, qui tanta facis amore no-

stri ! Diligam itaque te, Domine, fortitudo mea, refugium meum et liberator meus. O Deus charitas ! qui in charitate manet, in te manet. Cupio te suscipere in hoc Sacramento, ut tibi firmissimæ uniar amoris vinculo. Quis me separabit a charitate Christi, Salvatoris mei ? Utinam hoc nec vita, nec mors, nec ulla fortunæ sors, aut ulla valeat creatura !

Actus contritionis

EX MISSA S. JACOBI APOST.

Domine, Deus noster, Panis coelestis, Vita universi, peccavi in cœlum et coram te, et non sum dignus particeps fieri immaculatorum tuorum Mysteriorum. Sed ut misericors Deus, dignum me fac gratia tua, ut crita condemnationem particeps fiam sancti Corporis et pretiosi Sanguinis in remissionem peccatorum et vitam æternam. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O Maria, o *Tanua Cœli*, per quam, ut confido, ad æterna aliquando introibo tabernacula, auxiliare mihi, qui ad Altaris Sacramentum accedere paratus sum : ut, divino illo cibo confortatus, ambulem per hujus mundi desertum usque ad montem Dei, et ibi Jesum non amplius oculis fidei, sed facie ad faciem tecum videam in sœcula sœculorum. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Suppliciter te deprecor, dulcissime Jesu, per merita S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. concede mihi illa semper fide, illa devotione et reverentia sanctissima Mysteria

Corporis et Sanguinis tui celebrare, ut quotidie mihi prospicit, quod quotidie ad salutem meam mihi recolare donasti. Amen.

DIES XXI.

POST MISSAM.

Offer Deo Patri Filium suum.

Clementissime Pater, qui sic dilexisti me, ut Unigenitum tuum mihi dares in pretium et in cibum, et cum eo omnia : respice in faciem Christi tui, in quo tibi bene complaces. Hunc ego dilectum Filium, et cum eo cor meum retribuo tibi pro his, quae hodie retribuisti mihi. Complaceat tibi, Pater, hodie in illo, et per eum indignationem tuam avertas a me. Ecce mediator Dei et hominum, Christus Jesus, adlocutus et pontifex, qui interpellat pro me. Hunc ego offero tibi ; ipsum, qui peccatum non fecit, sed tulit peccata mundi, et languores nostros suo livore sanavit. Suscipe igitur, O Sancte Pater, hanc immaculatam Hostiam, in laudem et gloriam nominis tui ; in gratiarum actionem pro omnibus beneficiis tuis in me collatis ; in remissionem quoque peccatorum meorum, et in supplementum omnium defectuum meorum.

Offer teipsum Christo.

O Domine ! quia ego servus tuns et filius ancillæ tue, abrenuntio satanæ et omnibus operibus ejus, et omnibus pompis ejus : tu solus Deus cordis mei et pars mea Deus in æternum : tu solus pars hæreditatis meæ et calicis mei : tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Suscipe ergo solus universam libertatem

meam ; accipe memoriam, intellectum atque voluntatem omnem ; quidquid habeo, vel possideo, mihi largitus es ; id totum tibi restituo, ac tuae prorsus voluntati trado gubernandum : amorem tui solum cum gratia mihi dones, et dives sum satis, nec quidquam aliud ultra posco.

Postula dona Dei.

Omnipotens, semperne Deus, conservator animarum, mundique Redemptor, me famulum tuum ante majestatem tuam prostratum benignissime responde, et Sacrificium, quod, in honorem nominis tui, pro salute fidelium tam vivorum quam etiam defunctorum, et peccatis et offenditionibus meis obtuli, plissime respice : iram tuam a me remove, gratiam et misericordiam mihi concede, januam paradisi michi pande, ab omnibus malis me potenter eripa ; et quidquid proprio commisi reatu, clementer indulge. Sie in hoc sæculo in præceptis tuis fac me perseverare, ut dignus electorum gregi copulari efficiar, te præstante, Deus meus ; cuius nomen benedictum, honor atque regnum permanet in sæcula sæculorum. Domine, qui benedictis benedicentes te, et sanctificas eos, qui in te confidunt ; salva populum tuum, et benedic hæreditati tuae et custodi Ecclesiæ tuae plenitudinem. Sanctifica diligentes decorum domus tue. Tuis gloriäm retribue per Divinam potentiam tuam, et ne derelinquas, Deus, sperantes in te. Egrotis da auxilium, remedium et consolationem. Peregrinantibus pacem tribue. Aerem tempora. Fructibus terræ benedic. Conserva in pace mundum, ecclesias, reges, sacerdotes et omnem populum tuum. Defunctis requiem præsta ; eorumque, qui dona obtulerunt et pro quibus obtulerunt, memor esto. Eos qui in qua-

cumque tribulatione et angustia sunt, salva, et nobis gratiam tribue. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio

EX MISSA S. JACOBI APOST.

Imple os nostrum laude tua, Domine, et gaudio reple labia nostra, ut laudemus gloriam tuam, tota die magnificentiam tuam. Gratias agimus tibi, Christe, Deus noster, quoniam dignatus es nos particeps facere Corporis et Sanguinis tui in remissionem peccatorum et vitam æternam. Nos a condemnatione conserves, obsacramus, ut qui bonus es etiam benignus sis. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Ad te, o Mater et Cœli janua, recurro, humillime orans, ut, te intercedente, gratias cunctas, quas prome et aliis mediante hoc sancto Sacrificio impetrare desidero, nobis Dominus Jesus Christus concedat, tandemque nos omnes ad vitam perducat sempiternam, illic cum Angelis et Archangelis illius in nos amorem, et maternam tuam erga nos dilectionem in æternum decantaturos. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Rogo te, piissime Iesu, ut suffragiis S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. a charitate tua nec in vita, nec in morte separer, et quotidie æmuler charismata meliora; donec, consummato hujus vite labore, ut servus bonus et fidelis intrare merear in gaudium tuum. Amen.

DIES XXII.

ANTE MISSAM.

Sacerdos est inter Deum et hominem medium constitutus, minor Deo sed major homine. (Inn. III Serm. 2. in Cons. Pont.)

Qui sacerdotem dixit, prorsus divinum insinuavit virum. Angelica immo Divina ejus est dignitas. (S. Dion. de cel. Hier. c. 3.)

Oratio preparatoria.

O dulcissime Salvator, Christe Jesu, adoro te ex toto corde meo, et gratias ago tibi extintimis visceribus animæ meæ, quod tanta charitate nos misere perditos redemeris pretio Sanguinis tui; et in hujus amoris tui memoriam, nec non in pignus futuræ gloria tam admirabili potentia, sapientia et bonitate, dederis nobis in cibum et potum ipsum Corpus et Sanguinem tuum. Denique ad haec Divina Mysteria celebranda me vilissimum peccatorem in numerum Sacerdotum tuorum tua ineffabili clementia vocare dignatus sis. Sed eheu infelix ego homo! qui hactenus tam indigne vocatione tua vixi, et toties et tam graviter te Deum meum offendii peccatis meis, præsertim his N. N. At nunc de iis doleo ex intimo corde meo ob amorem tui super omnia, et deinceps tibi soli servire, placere, et adhaerere propono. Prinde, nunc accedens ad mensam conviviali tui, ex omni affectu cordis mei dignissimum Sacrificium Corporis et Sanguinis tui, quod tu ipse semel pro nobis in Ara Crucis obtulisti, pura et simplici intentione offero ad laudem et gloriam æternæ Majestatis tue; in memoriam sacratissimæ Incarnationis, Vitæ, Pas-

sionis et Mortis tuae. In gratiarum actionem pro omnibus donis et beneficiis, toti cœtu Electorum et mihi, licet indignissimo, hucusque præstitis vel umquam præstandis: in propitiationem peccatorum meorum et totius mundi: pro salute quoque fidelium vivorum N. N. et solatio defunctorum N. N. Et utinam ex omni affectu, fervore et desiderio amicorum tuorum, vel jam regnantium in cœlo, vel adhuc militantium in terris, hoc tam grande pietatis opus peragere possem!

Oratio ad Jesum.

Audivi vocem tuam, Domine Jesu; venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. O Sancte Sanctorum! ecce tu inclinas te ad me; tu vis esse mecum; tu me invitas ad convivium tuum; tu mihi dare vis cœlestem cibum et Panem Angelorum ad manducandum; non alium sane, quam te ipsum, Panem vivum, qui de cœlo descendisti et das vitam mundo. O invisibilis conditor mundi! quam mirabiliter agis nobiscum! quam suaviter et gratiouse cum electis tuis disponis, quibus temetipsum in Sacramento sumendum proponis! Lætare, anima mea et gratias age Deo pro tam nobili munere et solatio singulare, in hac lacrymarum valle tibi relicto:

Actus contritionis.

Terrent me, Domine, delicta mea, et ad capienda tanta Mysteria me reverberat impura mea conscientia. Provocat me dulcedo verborum tuorum; sed onerat me multitudo vitiorum meorum. Quis ego sum, Domine, ut ad te præsumam accedere? Quomodo ausus ero ad te venire, qui nihil boni mihi conscius sum, unde possum præsumere? Quomodo te introducam in domum meam, qui sepius offendi

benignissimam faciem tuam, quam reverentur Angeli et Archangeli, quam metuant sancti et justi? Peccavi, Domine, peccavi; miserere mei, ignosce mihi. Quid possum agere pro peccatis meis, nisi humiliter ea confitendo et lamentando, et tuam propitiationem ardenter deprecando? Deprecor te, exaudi me propitiatus, Deus meus. Omnia peccata mea mihi maxime displicent; nolo ea umquam amplius perpetrare; pro eis doleo, et doleo quamdiu vixerim. Omnia totius vitæ meæ delicta pariter incende et combure igne charitatis tuae; dele universas maculas eorum; conscientiam meam ab omni delicto emunda, et restitu me gratiam tuam, quam peccando amisi, omnia mihi plene indulgendo, et ad osculum pacis me misericorditer assumendo. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Virgo superbenedicta, ad te tamquam ad Stellam matutinam, qua animam meam letificat et ad omnem virtutem viam indicat, oculos attollo, suppliciter orans; ut pro me apud Dominum meum Jesum-Christum intercedas, quatenus peccata mea mihi remittere et Corporis et Sanguinis sui perceptione mihi augmentum sue gratiae largiri dignetur, et ita mundatus et ditatus sanctius quotidie vivam in ordine sacerdotali. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Dulcissime Domine Jesu-Christe, qui me ad officium Sacerdotale eligere dignatus es, te oro ut per intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. Officium ipsius Angelicis creaturis formidandum nunc et semper sancte obire valeam, et, soluto mortalitati humanae

debito cum omnibus tuis sanctis Sacerdotibus partem habeam in celis. Amen.

DIES XXII.

POST MISSAM.

Gratiarum actio.

ALERE FLAMMAM

O clementissime Salvator, Christe Jesu! quam suavis es et mitis, et multa misericordia omnibus invocantibus te! Cum enim non essemus, divina potentia creasti nos; cum inimici tui essemus, e celo veniens mira sapientia redemisti nos; et quia sine te tam corpore quam spiritu vivere, moveri et esse non possumus, immensa bonitate tua tot Sacramentis et auxiliis gratiae nos usque conservas; imo Corpus et Sanguinem tuum, id est te ipsum, modo prorsus admirabili in hoc Sacramento largiris. O Charitas! o Pletas! o novum et grande Mysterium! Tune, Deus meus, ad me venire dignaris? Rex ac Dominus summae Majestatis ad infimum servum? Deus ad hominem? Creator ad creaturam? Unde hoc mihi, ut tu, Domine, venias ad me? O Deus et Dominus noster! quam admirabile est nomen tuum in universa terra! et quis narrabit potentias et auditas faciet omnes laudes tuas? Ego quidem, etsi omnia membra mea verterentur in linguas et omnes vitae meae respirationes in tui laudes et gratiarum actiones; attamen longe minor essem cunctis miserationibus tuis. Unde agnosco insufficientiam meam, id unum votis omnibus excepto, ut omnes creature tuae mecum et pro me laudent et benedicant nomen tuum in aeternum.

Pie aspirationes ad Jesum.

Inveni quem diligit anima mea; tenui eum, nec dimittam. Te, mi Jesu, amplector. Te, amorem et gaudium meum, obtineo. Te cordis mei thesaurum comprehendo, in quo omnia possideo. De omnibus necessitatibus meis erue me, Domine, et fac, ut tam plene tibi sim, quam tu mihi. Tu es, o Jesu, Creator meus; cor mundum crea in me, et Spiritum rectum innova in visceribus meis. Tu es Rex et Dominus meus; posside me et nemo praeter te. Tu es Doctor et Magister meus; bonitatem et disciplinam et scientiam doce me. Tu es Advocatus meus apud Deum Patrem; fac ut avertat indignationem suam a me. Tu es qui venturus es judicare vivos et mortuos; ne intres in iudicium cum servo tuo. Tu es dilectus meus Sponsus; despona me tibi in misericordia et miserationibus. Tu Dux et Defensor meus; pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Tu Victima pro me factus es; in Domino sperans non infirmabor. Tu Salvator et Redemptor meus es; consumma opus tuum, et labor tuus non sit cassus. Tu es Pars hereditatis meae, et Portio mea in terra viuentium; hereditatem meam restitue mihi. Tu es Gloria mea, Corona et Merces mea magna nimis; admitte me in bona Domini, que preparasti diligentibus te. O Jesu! o piissime Jesu! o Jesu, fili Mariae Virginis! infunde in me gratiam, sapientiam, charitatem, castitatem, humilitatem; ut possim te perfecte diligere, te laudare, te perfervi, tibi servire, et in te glorari, nunc et in perpetuum. Amen.

Alia ad Jesum oratio.

O Jesu! vita mea, gaudium meum et summa suavitatis! quid poterit me separare a te? An voluptas

brevis, opes caducæ, honores falsi, nugas nurarum? Nec illæ, nec istæ facient, o bone Jesu! mihi enim tibi adhærere bonum est et ponere in te spem meam. Adjuva me, pie Jesu, in sancto proposito meo; promissionum mearum ne me sinas umquam oblivisci. Sit mihi Sacratissimum tuum Sacramentum contra omnium peccatorum meorum vulnera efficacissimum medicamentum, ac omnis gratiae et virtutis Victoriosum complementum: sit contra omnia mala et pericula validissimum tutamentum, æternæque beatitudinis solidissimum fulcimentum. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ad B. M. V.

Sancta Virgo Maria, Stella matutina quæ viam nobis ad patriam celestem indicas, pro me indigno cliente tuo precari digneris; ut te, stellam, sequens et nec ad dexteram nec ad sinistram declinans, ad te et ad Jesum, Filium tuum, secure perveniam, ac te, eundemque dilectissimum tuum Jesum, in societate omnium Sanctorum et Electorum, sine fine amem et collaudem. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Sancti Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. confusis suffragiis, te, Domine Jesu Christe, suppliciter rogo, ut cum perceptione Corporis tui sacri et Sanguinis tui pretiosi concedas mihi in cunctis tribulationibus et adversitatibus patientiam et cum tua sancta voluntate conformitatem; quatenus tecum patiens, tecum glorificari merear. Amen.

DIES XXIII.

ANTE MISSAM.

Stat Sacerdos, non sicut Elias ignem gestans, sed Spiritum Sanctum; preces multo tempore fundit, non ut facta demissa cœlitus apposita, consumat, sed ut gratia in Sacrificio delapsa per illud omnium animos inflammet, et argento igne purgato splendidiores exhibeat. Hoc itaque terribilissimum ministerium quis tandem, nisi admodum insaniat, vel mente captus sit, despiceret queat? (S. Chrys. L. 3. de Sac.)

Actus diversarum virtutum.

Corde credo, o Jesu, et ore confiteor, quia Pater æternus, Deus in seipso summe beatus, potens, perfectus, et nullius egens, secundum infinitam misericordiam suam sic dilexit mundum ut te Filium suum Unigenitum nobis daret Salvatorem. Credo quoque, quod tu ipse, Patri æqualis per omnia, ex vi immensa charitatis tue de sinu Patris descendisti in utrum Virginis, et propter nos homines Homo factus es. Credo, quod, ex amore nostri hoc sanctissimum Sacramentum in ultima cena instituens, verum Corpus et Sanguinem tuum nobis ad manducandum et bibendum dediti. Et denique, Patri tuo factus obediens usque ad mortem, temetipsum pro nobis hostiam in Ara Crucis obtulisti.

Ideoque spero in te, et magna fiducia venio ad te, o Domine, qui nostri causa tam mira facere et tam dira pati voluisti. Quid enim negare poteris, qui sic amasti, ut te ipsum dareas?

Amo te quoque, o bone Jesu, et tota virtute cordis mei; et semper deinceps et in æternum te amabo, si tu, Deus meus, dederis.

Sed quid retribuam tibi, Domine, pro tanto mune-
re, et pro omnibus quae retribuisti mihi? Ecce abne-
go memetipsum; et totum me, corpus et animam,
et omnia mea in omne beneplacitum benignissimæ
voluntatis tuæ plene etex toto corde resigno. Verum
quid habeo, quod non acceperim? Quid est homo, si
comparetur factori suo? Quid vilis creatura, vermis
terræ, miser peccator, servus inutilis præstare pote-
rit Deo, Creatori ac Domino suo?

Agnosco, quia pauper et inops sum ego, ideoque
humilio me sub potenti manu tua. Tu vero, o Domine
Jesu, utpote advocatus et mediator meus, dives in
meritis et miserationibus, suscipe causam meam et
ex thesauro immense charitatis tuæ fer opem inopie
meæ, et pretium Sanguinis tui omniumque meritorum
tuorum repræsenta æterno Patri tuo: et hinc supple
omnem defectum meum, præcipue hujus mete, heu!
nimis modicæ et imperfectæ præparationis, qua ad
hac Sancta Mysteria venio; ui sic per te ei placeat
obsequium indignissimæ servitutis meæ.

Fac etiam o bone Jesu, per omnes miserationes
tuas, ut hoc tremendum Mysterium et admirabile
donum charitatis tuæ, debita semper fide, reverentia
et gratitudine prosequar, idque puro et ardentí cor-
de nunc et semper recipiam. Statum hunc quoque
Sacerdotalem, ad quem me ex singulari gratia voca-
re dignatus es, charitate, castitate, humilitate, man-
suetudine, patientia, sobrietate, moribusque tibi pla-
citis et Sacerdote fideli dignis, excolare studeam;
idque, ut servitus mea magis tibi placeat, ad majo-
rem gloriam tuam, Ecclesiæ utilitatem, et propriam
proximique salutem.

Unde tandem supplex rogo, ut per virtutem Cor-
poris et Sanguinis tui abstrahas cor meum efficaci-
ter ab his meis noxiis affectibus N. N. qui gustum ac
fructum hujus Sacramenti impediunt; et intimet tibi

me unias et incorpores, ut gustem quam suavis sis,
Domine, et unus tecum officiar spiritus, ut tu in me,
et ego in te maneam; adeoque nihil sit, quod me
unquam valeat separare a te. Nam tibi adhærente
mihi bonum est. Quid enim mihi est in cœlo, et a te
quid volui super terram? Opars mea, Deus, in æternum!

Directio intentionis.

Domine Jesu, qui universorum es conditor, om-
niumque bonorum largitor, en ego pauper, nudus,
miser et miserabilis ad te confugio, ut mei misera-
ris et cuncta mea peccata deleas et ita digne ad tuum
sanctum Altare accedam. Tibi enim offerre cupio Sa-
crificium immaculatum in memoriam Passionis et
Mortis tuæ, obsecrans ut illud per Cor tuum susci-
pias et Patri offeras in unione omnium meritorum
tuorum et Mortis tuæ in Cruce et in unione illius in-
tentionis, quibus tu illud obtulisti in Ara Crucis. Par-
ce itaque Domine generi humano, quod tu creasti et
per Mortem tuam ab æterna morte redemisti, da
unicuique sicut tu scis, potes et vis ad gloriam tuam
et omnium salutem. Amen.

Oratio ad B. M. V.

O benedicta inter omnes Virgo Maria, tu qui es
Salus infirmorum et afflorum Consolatrix, mihi
infirmo et afflito servo tuo materna pietate succour-
re; ut animæ robur et Spiritus Sancti consolationem
per hanc Jesu-Christi Corporis et Sanguinis commu-
nionem percipere valeam, quatenus in mediis per-
versis hujus mundi perturbationibus et dæmonum
tentationibus, Deo animo semper inconcussu adhæ-
ream. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Omnipotens, semperne Deus, oro te suppliciter, ut intercessione placatus S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. omnia delicta mea abstergere animamque meam super nivem dealbare digneris, ut purus ad te Deum puritatis accedere, et ex perceptione Divinorum Mysteriorum gratias desideratas valeam percipere. Amen.

DIES XXIII.

POST MISSAM

Oratio ex Imitatione Christi.

O dilekte mi, electe ex millibus, Jesu Domine, in quo complacuit animæ meæ habitare omnibus diebus vitæ suæ. O pacifice mi, in quo pax summa, requies vera! O Deus abscondite, cuius sermo cum humilibus! o vere ineffabilis gratia tua! o vere admirabilis dignatio tua! o amor immensus, animæ meæ singulariter impensus! o Jesu, quanta est dulcedo in convivio tuo! O quam dulce mihi foret in praesentia tua ex intimo affectu lacrymas fundere, et cum pia Magdalena pedes tuos lacrymis irrigare! Certe in conspectu tuo et sanctorum Angelorum tuorum totum cor meum ardere deberet et ex gaudio fieri. O quam magnum suscepisti Dominum! quam dilectum induxi hospitem! quam jucundum recepi socium! quam fidem acceptavi amicum! quam speciosum et nobilem amplector sponsum! O Jesu bone! sileant a facie tua cœlum et terra, et omnis ornatus eorum. Mane in secreto, anima mea, et fruere Deo tuo: ipsum enim habes, quem totus mundus tibi auferre non potest.

Oblatio.

O Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui ex abundantia infinitæ charitatis tue disti mihi Unigenitum Filium tuum! En ego, miser peccator, nunc particeps factus Corporis et Sanguinis ejus, illum in pectore meo complectens et tamquam rem meam intime mihi conjunctam possidens; illum ipsum, in unione charitatis, qua seipsum dedit in Ara Crucis, tibi offero. Ecce hic est thesaurus, Pater clementissime, in quo totam spem reposui; haec sunt divitiae, quas offero in satisfactionem debitorum meorum. Aspice, pie Pater, in faciem Christi tui; et cum sit hic Filius tuus dilectus, in quo tibi bene semper complacuit, qui mihi nunc intime conjunctus est, supplex rogo, ut me quoque aspicias oculis misericordiae tue. Sub ejus protectione ac tutela, sub umbra meritorum ipsius compareo coram te; ut, illum præcipue intuens, me quoque clementer ac benigne respicias tamquam mancipium ejus ac servum perpetuum. Ne permittas, obsecro, ut pereat illa anima, quæ toties in se recipit Filium tuum, qui, a te missus, venit in mundum querere et salvum facere quod perierat. Hoc præsta mihi per infinitam misericordiam tuam. Amen.

Invocatio.

Sit, quæso Domine, haec præcellentissima Hostia, quam tibi modo obtuli, in plenam emendationem, expiationem atque satisfactionem, pro omnibus peccatis et negligentiis meis et pro peccatis totius mundi. Per illam instaura omnes ruinas meas spirituales et supple omnem inopiam meam. Per illam mortifica in me quidquid tibi displeet, et effice me hominem secundum cor tuum. Per illam conforma spiritum,

animam et corpus meum, Spiritui, Animæ et Corpori sacræ Humanitatis tuæ, meque totum luce Divinitatis tuæ illustra. Per illam largire, ut in te stabiliar, te perfecte et perseveranter diligam, intime tibi uniar ac totus in te transmuter, ad laudem nominis tui, quod invocatum est super nos. Converte, Domine, miseros peccatores; revoca hæreticos atque schismaticos; illumina infideles te ignorantibus; adesto omnibus, qui in necessitate et tribulatione aliqua sunt constituti; adesto his, qui se meis precibus commendarunt, aut commendatos esse cupiunt; adesto parentibus, propinquis et benefactoribus meis, viuis et defunctis. Miserere omnium, pro quibus orare debeo et tu rogari vis; da vivis veniam et gratiam; da fidelibus defunctis requiem et lucem sempiternam. Tibi laus, Christe Jesu, in sæcula sæculorum. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ad B. M. V.

O benignissima Virgo Maria, tu quæ es *Salus infirmorum et afflorum Consolatrix*, pro me intercede apud dilectissimum Filium tuum, ut Corpus et Sanguis ejus, quæ modo suscepisti præstent mihi robur contra tentationes inimici, et animam meam spirituali gaudio repleant; quatenus Domino ac Deo meo in sancta lætitia serviens, in ejus amore et status Sacerdotalis perfectione jugiter crescere valeam. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Per merita et intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. te suppliciter deprecor, Domine Jesu Christe, ut qui me Pane Angelorum cibare dignatus es, tribuas

etiam Angelicis moribus vivere, et ea quæ sursum sunt sapere et quærere, non quæ super terram. Amen.

DIES XXIV.

ANTE MISSAM.

Quo non oportet esse puriorum tali frumentum Sacrificio? Quo solari radio non splendidiorem manum Carnem hanc dividenter? Os quod igne spirituali repicitur? Lingua quæ tremendo nimis Sanguine rubeat? (S. Chrys. Hom 83 in Matt.)

Necesse est, Sacerdotem sic esse purum, ut, si in ipsis Celsis collocaretur, inter cælestes virtutes medius staret. (Idem de Sac. Lib. 6.)

Actus fidei.

Credo et confiteor, quia tu præsens es in Altaris Sacramento, Deus meus, Sanctus Sanctorum, Creator omnium et Dominus Angelorum. Quidquid de hoc Augustissimo Mysterio non valeo intelligere, tibi Deo omnipotenti secure commendo: non fallis me, Deus meus. Et si talia essent opera tua, ut facile ab humana ratione caperentur, non essent mirabilia nec ineffabilia dicenda. O quam admirabilis operatio tua Domine! quam potens virtus tua: quam ineffabilis veritas tua? dixisti enim et facta sunt omnia; et hoc factum est, quod ipse jussisti.

Actus spei.

Super bonitate tua et magna misericordia tua, Domine, confitus, accedo ager ad Salvatorem, esuriens et sitiens ad Fontem vitæ, egenus ad Regem cœli, servus ad Dominum, creatura ad Creatorem, deso-

latus ad meum plium Consolatorem : sperans, quod in hoc Sacramento mihi conferetur spiritualis gratia et reparabitur in anima mea virtus amissa, et per peccatum deformata redibit pulchritudo, et demum conservabitur cor meum et corpus immaculatum.

Actus charitatis.

O Dilecte mi, da mihi pro te omnes dilectos relinquere, et te solum super omnia amare et te mihi viventi et morienti amicum retinere. Esse sine te gravis est infernus ; et esse tecum dulcis paradisus. O thesaurus inæstimabilis ! o bonum super omne bonum ! o Deus meus et omnia ! intelligenti satis dictum est, et sœpe repetere jucundum est amanti. Purifica, lætica, clarifica et vivifica spiritum meum cum suis potentias, ad inhærendum tibi jubilosus excessibus.

Actus desiderii.

Ecce, Domine, in te est totum, quod desiderare possum et debo. Tu salus mea et redemptio, spes et fortitudo, decus et gloria. Desidero te nunc devote et reverenter suscipere. Cupio te in domum meam inducere ; quatenus cum Zachæo merear a te benedici ac inter filios Abrahæ computari. Anima mea Corpus tuum concupiscit ; cor meum tecum uniri desiderat. Noli avertere faciem tuam a me ; noli visitationem tuam abstrahere. Veni, Domine, veni ad pauperulum tuum et lætum fac eum ; veni et satia me tua præsentia. Quamdiu hoc datum non fuerit, nec plenum gaudium meum erit.

Actus contritionis.

Confiteor tibi, Domine, Deo meo omnipotenti omnia

peccata mea, quecumque ab infancia mea usque nunc scienter aut ignoranter commisi. Et quecumque praesertim in hac die ac nocte, dormiens et vigilans, in verbis, factis, cogitationibus contra tuam sanctissimam voluntatem patravi, tibi confiteor, et veniam peto, ut ira tua non veniat super me miserum peccatorem, sed benedictio Dei omnipotentis descendat super me et maneat semper. Suscipe hanc confessio- nem meam, unica spes salutis meæ, Domine Deus meus, de quibuscumque meis peccatis gulæ, ebrietatis, libidinis, acediæ, somnolentiae, ire, cupiditatis, invidiæ, detractionis, murmurationis, mendaci, vanæ gloriæ, levitatis, inobedientiæ atque superbie : de omni cogitatione, locutione atque multis malis meis, quorum coram te reus sum. Qui justificas impium et vivificas mortuos, resuscita me et indulge famulo tuo ; quia peccator indignus sum, qui præsumam ad tuum sanctum Altare accedere et te invocare. Merear, Domine, percipere Sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum, non in iudicium et condemnationem, sed in remissionem omnium peccatorum meorum et in augmentum tui sancti amoris et gratiæ ; ut illuc tandem merear introire, ubi summum bonum es et ineffabile gaudium omnium Sanctorum. Amen.

Directio intentionis.

Ego volo istam Missam cum debita attentione et devotione celebrare et offerre illud Sacrificium ad laudem Dei, in gratiarum actionem pro beneficiis ab eo acceptis, in remissionem meorum et totius mundi peccatorum. Tandem volo hujus Sacrificii fructus communicare mihi, parentibus, fratribus, sororibus, consanguineis et omnibus mihi commendatis, præcipue N. et N. quibus tu, Domine Deus, vis et scis

me obligatum : et hanc mihi et illis communicatio-
nem volo et a te Deo meo, postulo, in quantum liceat
et secundum leges justitiae ac charitatis velle et postu-
lare possum.

Oratio ad B. M. V.

O Sancta Virgo Maria, Refugium peccatorum et
Christianorum Auxilium, omni cum fiducia ad ma-
ternam et benignissimam tuam protectionem confu-
gio. Ah ! pro me misero et christiano nomine indi-
gno peccatore intercedere digneris ; ut perceptio
Corporis et Sanguinis Domini mei Jesu-Christi non
proveniat mihi in judicium et condemnationem, sed
proposit mihi ad tutamentum mentis et corporis. Amen.

Oratio ad Santos.

In auxilium meum properate S. Angele Custos, S.
Joseph, SS. Patroni mei N. N. et Sancte N. ut, vo-
bis intercedentibus, det mihi Dominus Deus meus
cor contritum et humiliatum, quatenus tanta mun-
ditia et devotione Sacrosanctum Missæ Sacrificium
celebrem, ut ipsi cedat ad honorem, mihi et omni-
bus, pro quibus celebrare intendo, ad salutem.
Amen.

DIES XXIV.

POST MISSAM.

Laudatio.

O dulcissime Salvator, lalent te universi populi,
tribus et linguae, et sanctum et mellifluum nomen
tuum cum summa jubilatione et ardentis devotione
magnificent. Ecce omnium devotorum cordium jubi-

lationes, spirituales affectus, mentales excessus, ac
supernaturales illuminationes et cœlicas visiones ti-
bi offero et exhibeo, cum omnibus virtutibus et lau-
dibus, ab omni creatura in celo et in terra celebra-
tis et adhuc celebrandis. Accipe vota mea, Domine
Deus meus, desideria infinita laudationis, ac immen-
sa benedictionis, quæ tibi secundum multitudinem
ineffabilis magnitudinis tuae jure debentur. Hæc tibi
reddo et reddere desidero per singulos dies et mo-
menta temporum.

Gratitudo.

O benignissime Jesu ! quanta tibi gratiarum actio
pro susceptione Sacri Corporis tui debetur, cuius
dignitatem nullus hominum explicare potest. Gra-
tias tibi, o pastor æterne, qui me pauperem et ex-
ilem dignatus es pretioso Corpore et Sanguine tuo
reflere ! O quid retribnam tibi, Domine, pro gra-
tia ista, pro charitate tam eximia ? Non est aliud,
quod gratis dare queam, quam ut cor meum tibi,
Deo meo, totaliter tribuam, et intime conjungam.
Dignare, Domine, manere tecum : ego volo liben-
ter esse tecum. Hoc est totum desiderium meum, ut
cor meum tibi sit unitum.

Petitiones.

Præsta, Domine Deus, salutaris meus, ut cum fre-
quentatione Mysterii crescat messe devotionis affectus.
Salva animam meam, quam pretioso tuo San-
guine redemisti. Age mecum secundum misericor-
diam tuam, non secundum malitiam meam et ini-
quitatem. Vide omnia bona mea, quam pauca sint
et imperfecta ; illa emenda et sanctifica ; ea grata
habe et accepta tibi fac et semper ad meliora trahé.
Me quoque pigrum et inutilem homuncionem ad

laudabilem perduc finem. O dulcissime atque amantissime Jesu ! ecce sto ante te pauper et nudus, gratiam postulans et misericordiam implorans ; accende frigiditatem meam igne amoris tui ; verte mihi omnia terrena in amaritudinem ; omnia infima et creata in contemptum et oblivionem. Tu solus mihi ex hoc jam dulcescas usque in sæculum. Utinam me totaliter ex tua præsentia accendas, comburas et in te transmutes ; ut unus tecum efficiar spiritus per gratiam internæ unionis et liquefactionem ardentis amoris ! operare, Domine, mecum misericorditer, sicut saepius operatus es cum sanctis tuis mirabiliter. O ignis semper ardens et numquam deficiens ! O amor corda purificans et intellectum illuminans !

Intuere quoque, benignissime Jesu, pia desideria devotorum, necessitates parentum, amicorum, fratribus, sororum, omniumque charorum meorum et eorum qui mihi vel aliis propter amorem tuum benefecerunt, et qui orationes et Missas pro se suisque omnibus dici a me desideraverunt et petierunt, sive in carne adhuc vivant, sive jam sæculo defuncti sint ; ut omnes sibi auxilium gratiae, opem consolationis, protectionem a periculis, liberationem a penitentia advenire sentiant ; et ut ab omnibus malis eripi, gratias tibi magnificas læti persolvant. Offero etiam tibi preces et hostias placationis pro iis qui mihi umquam damnum aliquod vel gravamen intulerunt, vel quos ego gravavi vel scandalizavi. Aufer, Domine, a cordibus nostris omnem suspicionem, indignationem, iram et disceptationem, et quidquid potest charitatem lèdere aut fraternalm dilectionem minnere. Miserere, Domine, misericordiam tuam poscentibus ; da gratiam indigentibus et fac nos tales existere, ut simus digni gratia tua perfaci et ad vitam proficiamus æternam. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ad B. M. V.

Sancta Maria, Mater Dei, tu quæ es *Refugium peccatorum* et *Christianorum auxilium*, in me oculos misericordiae tuæ e summo cœlorum habitaculo concipe, benignoque tuo interventu obtine mihi remissionem omnium meorum peccatorum, summum de peccatis commissis dolorem et gratiam Dei fortē et triumphatricem, ut numquam amplius ea perpetrem. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Obsecro clementiam tuam, omnipotens, sempiternæ Deus, da mihi per hæc immaculata Mysteria, que tibi hodie obtuli, intercessione S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N., Spiritum tuum bonum, Spiritum sapientiae et intellectus, Spiritum consilii et fortitudinis, Spiritum scientiae et pietatis, et requiescat super me Spiritus timoris tui. Amen.

DIES XXV.

ANTE MISSAM.

Aliud est etiam, lacrymis uberrimis dignum, quod ob nonnullorum sacerdotum incuriam aut impietatem sacrosancta Mysteria tam indigne tractentur, ut qui illa tractant, videantur non credere Majestatem Domini esse presentem. Sic enim aliqui sine spiritu, sine affectu, sine timore, festinatione incredibili Sacrum percipiunt, quasi fidé Christum non viderent, aut ab eo se videri non crederent. (Bened. XIV. in Bullario.)

laudabilem perduc finem. O dulcissime atque amantissime Jesu ! ecce sto ante te pauper et nudus, gratiam postulans et misericordiam implorans ; accende frigiditatem meam igne amoris tui ; verte mihi omnia terrena in amaritudinem ; omnia infima et creata in contemptum et oblivionem. Tu solus mihi ex hoc jam dulcescas usque in sæculum. Utinam me totaliter ex tua præsentia accendas, comburas et in te transmutes ; ut unus tecum efficiar spiritus per gratiam internæ unionis et liquefactionem ardentis amoris ! operare, Domine, mecum misericorditer, sicut saepius operatus es cum sanctis tuis mirabiliter. O ignis semper ardens et numquam deficiens ! O amor corda purificans et intellectum illuminans !

Intuere quoque, benignissime Jesu, pia desideria devotorum, necessitates parentum, amicorum, fratribus, sororum, omniumque charorum meorum et eorum qui mihi vel aliis propter amorem tuum benefecerunt, et qui orationes et Missas pro se suisque omnibus dici a me desideraverunt et petierunt, sive in carne adhuc vivant, sive jam sæculo defuncti sint ; ut omnes sibi auxilium gratiae, opem consolationis, protectionem a periculis, liberationem a penitentia advenire sentiant ; et ut ab omnibus malis eripi, gratias tibi magnificas læti persolvant. Offero etiam tibi preces et hostias placationis pro iis qui mihi umquam damnum aliquod vel gravamen intulerunt, vel quos ego gravavi vel scandalizavi. Aufer, Domine, a cordibus nostris omnem suspicionem, indignationem, iram et disceptationem, et quidquid potest charitatem lèdere aut fraternalm dilectionem minnere. Miserere, Domine, misericordiam tuam poscentibus ; da gratiam indigentibus et fac nos tales existere, ut simus digni gratia tua perfaci et ad vitam proficiamus æternam. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ad B. M. V.

Sancta Maria, Mater Dei, tu quæ es *Refugium peccatorum* et *Christianorum auxilium*, in me oculos misericordiae tuæ e summo cœlorum habitaculo concipe, benignoque tuo interventu obtine mihi remissionem omnium meorum peccatorum, summum de peccatis commissis dolorem et gratiam Dei fortē et triumphatricem, ut numquam amplius ea perpetrem. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Obsecro clementiam tuam, omnipotens, sempiternæ Deus, da mihi per hæc immaculata Mysteria, que tibi hodie obtuli, intercessione S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N., Spiritum tuum bonum, Spiritum sapientiae et intellectus, Spiritum consilii et fortitudinis, Spiritum scientiae et pietatis, et requiescat super me Spiritus timoris tui. Amen.

DIES XXV.

ANTE MISSAM.

Aliud est etiam, lacrymis uberrimis dignum, quod ob nonnullorum sacerdotum incuriam aut impietatem sacrosancta Mysteria tam indigne tractentur, ut qui illa tractant, videantur non credere Majestatem Domini esse presentem. Sic enim aliqui sine spiritu, sine affectu, sine timore, festinatione incredibili Sacrum percipiunt, quasi fidé Christum non viderent, aut ab eo se videri non crederent. (Bened. XIV. in Bullario.)

Præparatio ex S. Augustino.

Pulcherime Jesu Christe, rogo te per illam sacramissimam Sanguinis tui pretiosi effusionem, da mihi cordis contritionem et lacrymarum fontem dum Mysterium nostræ Redemptoris, manifestum misericordia tua indicium, recolo, cupieus offerre illud mirabile et celeste Sacrificium, omni reverentia et devotione dignissimum, quod tu, Domine Deus meus, Sacerdos immaculatus, instituisti et facere præcepisti in commemorationem tuæ charitatis, Mortis scilicet et Passionis, pro salute nostra, pro quotidiana nostræ fragilitatis reparatione. Confirmetur mens mea inter tanta Mysteria dulcedine presentiæ tue, sentiat te sibi adesse et latetur coram te. O Ignis, qui semper laces; amor qui semper ardes. Dulcis Christe, bone Jesu, lumen aeternum et indeficiens. Panis vita, qui nos refecis et in te non deficit; quotidie comedeleris et semper integer manes. Resplende mihi, accende me, illumina et sanctifica animam meam, de malitia evanca, imple de gratia et plenam conserva; ut ad salutem meam manducem cibum Sanctissimæ Carnis tue; quatenus manducando te, vivam de te, vivam per te, perveniam ad te et requiescam in te.

Actus adorationis, fidei et amoris.

O Domine, Deus meus, qui Trinus es in Personis, et Unus in Essentia, et tu, Domine mi Jesu Christe, verus Deus et Homo, te adoro, ex toto corde meo, et confiteor te verum et unicum creatorum, salvatorem et unicum finem meum, in Altaris Sacramento, vere, realiter et substantialiter sub speciebus Panis et Vini presentem. Et quia nimis humilis est mea adoratio, offero tibi excellentissimas adorationes, quas tibi incessanter offerunt et sine fine offerent tua sanctissima

Humanitas et immaculatissima tua Mater et Regina nostra cum tota coelesti curia, sanctaque Mater Ecclesia, dilecta tua sponsa.

Insuper, o Domine Deus meus, toto corde, tota mente, tota fortitudine et omnibus viribus meis amo te et semper te volo amare super omnia. Et, si fieri posset, optarem ac vellem te posse amare illo perfectissimo amore, quo tu te ipsum amas et quo te amat sanctissima tua Humanitas, Sacratissima Virgo Maria, tota Cœlestis Curia, et universa Ecclesia Catholica.

Oratio S. Joannis Damasceni.

Princeps Domine noster Jesu Christe Deus noster, solus habens potestatem hominibus remittendi peccata, ut summe bonus et benevolus in homines remitte mihi omnia, quæ scienter et ignoranter commisi, delicta. Atque concede, ut citra condemnationem particeps efficiar divini, gloriosi, puri et vivifici Sacramenti, non in angore, non in supplicium, non in accessionem peccatorum; sed in purificationem, in sanctificationem et arrabonem vitæ et regni, quæ ventura sunt. In munimentum et auxilium, in depulsionem adversariorum, in abolitionem multitudinis peccatorum meorum. Tu enim es Deus misericordie et miserationum et dilectionis in genus humananum. Et tibi gloriam impendimus cum Patre et Spiritu Sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Directio intentionis.

Deus, qui de indignis dignos facis, et de peccatoribus justos, et de immundis mundos: munda cor et corpus meum ab omni contagione et sorde pec-

cati et fac me dignum atque strenuum sanctis Altaribus tuis ministrum. Concede propitius, ut in hoc Altari, ad quod indignus accedo, Hostias acceptabiles atque placabiles offeram pietati tuae pro peccatis et offensionibus, innumerisque et quotidianis excessibus meis, atque cunctorum simul Christianorum culpis abluendis : et per eum sit tibi votum meum accep-
tabile, qui se tibi, Deo patri, pro nobis obtulit sacri-
ficium, et tecum vivit et regnat in unitate Spiritus
Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Regina Angelorum, super quorum choros exaltari meruisti ad cœlestia regna, impetra mihi, ut semper Mysteria Domini mei Jesu-Christi pertractem summa illa cum reverentia et amoris ardore, quibuscum Angeli illum adorant in cœlo, illique trementes assistunt ; et per vite puritatem cor meum semper maneat amicum Regis Angelorum habitacu-
lum. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Tibi Domina Deus, merita S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. offero, ut quod mihi deest ipsa suppleant ; ne ad Altare tuum et ad Sacrum Corporis et Sanguinis tui communionem accedam indebet, et maledictionem inde loco benedictionis referam. Amen.

DIES XXV.

POST MISSAM.

Oratio post Missam ex B. Petro Canisio.

Benignissime Jesu, miratur Ecclesia quod divæ Virginis, omnibus virtutibus ornatae, uterum non horueris ; et ecce in meo pectore, velut in immundo stabulo, inter fœda monstra turbamque tumultuantem passionum effrenatarum, nec grave nec indecorum putas divinæ Majestati tuæ versari. Adoro te, et quanta possum animi corporisque submissione palam agnosco, me esse opus manuum tuarum. Credo, te Redemptorem meum hic sub speciebus Panis et Vini esse præsentem. Flagrantissime desidero nunc et semper Sanctorum omnium adorationibus Divinam Majestatem tuam venerari. Ex animo tibi gratias ago, quod me cibaveris tua Sanctissima Carne, potaveris pretiosissimo Sanguine, me feceris conviviam tuum et sanctissimæ Trinitatis domicilium, templum, thronum. In gratiarum actionem, cum ex parte mea indignus sim et imbecillus totus, offero tibi gratitudinem, quæ tibi a Beatis omnibus, a Virgine Matre tua exhibetur, et simul offero honorem, quem Sanctissima Trinitas ipsa tibi tribuit. Confige nunc, Domine, timore tuo carnes meas, et fac me semper tuis in-
herrere mandatis, et a te, me numquam separari permittas. Da gratiam, Domine Jesu, præbe mihi auxiliatrixem manum tuam, sine qua nihil possum.

Oratio

QUE ATTRIBUITUR S. THOMÆ APOST.

Sit nobis hoc Sacramentum tuum, Domine Jesu,

ad vitam, sit ad remissionem peccatorum. Siquidem pro nobis Passio tua celebrata est. Tu pro nobis fel illud bibisti, ut omnis in nobis adversari amaritudo moreretur. Pro nobis tu quoque bibisti acetum, ut nostra lassitudine confortaretur. Pro nobis consputatus es, ut immortali nos rore perfunderes. Percus-sus es a calamo fragili, ut fragilitatem nostram vitæ perpetuae æternitatique firmares. Coronatus es spi-nis, ut virenti semper in te credentes charitatis tue laurea coronares. Involutus præterea fuisti sindone, ut nos quoque virtutis tue involucro vestires. In se-pulchro poni voluisti novo, ut nobis novam gratiam, nova sæcula reformares. Fiat igitur nobis hæc Eu-charistia ad vitam et viscera misericordiæ, et gratiam salutis, sanitatemque animarum nostrarum. Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio ex S. Thoma Aquinate.

Concede mihi, quæso, omnipotens et misericors Deus, quæ tibi placita sunt ardenter concupiscere, prudenter investigare, veraciter cognoscere et perfe-cte adimplere.

Ad laudem et gloriam nominis tui ordina statum meum ; et quod a me requiris ut faciam, tribue ut sciам, possim et velim ; et da exequi sicut oportet et expedit saluti animæ meæ.

Via mihi, quæso, ad te sit tuta, recta et consummata, non deficiens inter prospera et adversa : ut in illis non extollar et in istis non deprimer : In prospe-riis gratias tibi referam et in adversis servem patientiam : de nullo gaudeam vel doleam, nisi quod pro-moveat ad te, vel quod abducat a te. Nulli placere appetam, vel displicere timeam, nisi tibi.

Omnia in charitate da facere, et quod ad cultum tuum non pertinet, quasi mortuum reputare.

Vilescant mihi omnia transitoria propter te, et ca-ra mihi sint omnia tua, et tu, Deus meus, plus quam omnia. Delectet me omnis labor, qui est pro-te, et tædiosa sit mihi omnis quies, quæ non est in te.

Frequenter et ferventer da mihi, dulcissime Domi-ne, cor meum ad te dirigere, et defectionem meam cum emendationis proposito dolendo pensare.

Fac me, Deus meus, humilem sine fictione, hilarem sine dissolutione, tristem sine dejectione, matu-rem sine gravitate, agilem sine levitate, veracem si-ne duplicitate, timentem sine desperatione, in te sperantem sine præsumptione, castum sine corrup-tione, proximum corripere sine indignatione, ipsum-que edificare verbo et exemplo sine elatione, obe-dientem sine contradictione, patientem sine mur-muratione.

Da mihi, dulcissime Jesu, cor pervigil, quod nulla a te abducat curiosa cogitatio : da immobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio : da invictum, quod nulla fatiget tribulatio : da liberum, quod nulla sibi vindicet violenta delectatio : da rectum quod nulla seorsum obliquet sinistra intentio.

Largire mihi, duleissime Deus intellectum te co-gnoscentem, diligenter te quarentem, sapientiam te invenientem, conversationem tibi placentem, per-severantiam te dulciter et fiducialiter expectantem, fiduciam te fideliter amplecentem. Da tuis poenit configi per poenitentiam, tuis beneficiis uti in vita per gratiam, et tandem tuis gaudiis in patria frui per gloriam. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Concede mihi, o benignissima Virgo et *Regina An-*

gelorum, tuarum preuem auxilium ; ut qui toties Angelorum Pane et Vino germinante virgines in sacra Communione nutritae, vita etiam undequaque pura et casta me tanto honore et gratia dignum exhibeam Amen.

Oratio ad Sanctos.

Interveniant pro me, Domine Jesu-Christe, apud tuam clementiam S. Angelus Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N. N. et Sanctus N., ut ipsorum meritis quidquid in oblatione hujus Sacrificii tum negligenter, tum præparationis insufficientia commiserim, misericorditer mihi condonetur, et Panis Eucharisticus, omnem in se habens delectamentum, dulcedine saporis sui viscera animæ meæ replete. Amen.

DIES XXVI.

ANTE MISSAM.

Non breviores triente non longiores dimidia hora debere esse Missam ; quia breviori spatio non possunt omnia debito honore peragi ; et longior tedium esset adstantibus (Card. Lambertini Not. 29.).

Non sis in celebrando nimis prolixus aut festinus sed serua bonum communem modum cum quibus vivis. (Imit. Christi, Lib. 4.).

Directio intentionis.

O Domine Jesu Christe, ego intendo celebrare et consecrare eo modo, quo tu instituisti et dedisti mihi tuam auctoritatem. Intendo offerre istud Sacrificium, ante thronum Sanctissimæ Trinitatis, in cuius memoria, sicut tu, Deus meus, ordinasti.

O sancta Trinitas, suscipe hoc sanctum Sacrificium ad honorem, laudem, et gloriam tuam, salutemque animæ meæ, atque proximi mei. Accipe, Domine, oblationem istam pro illis, quibus promisi, et teneor, et vis a me orari.

Te precor, Domine Jesu Christe, pro omnibus illis, pro quibus orare decrevi, et quibus sum coniunctus mihique conjuncti sunt spirituali participatione, consanguinitate, affinitate, familiaritate, commendatione, eleemosynarum largitione, et qui pro me orant, pro quibus debitor sum, et qui se commendarunt orationibus meis ; et pro cuncto populo christiano, et pro Congregatione nostra : et pro omnibus Prelatis sanctæ Romanæ Ecclesiæ et Congregationis nostræ ; ut eos in tuo sancto servitio humiliter, fideliter et devote perseverare facias : et pro omnibus fidelibus Christianis, vivis atque defunctis, in quacumque angustia et tribulatione positis, tam in terra quam in mari : miserere et tribulatis succurre. Amen.

Actus fidei ex S. Chrysostomo.

Credo et confiteor, te verum esse Christum, Filium Dei viventis, qui in hunc mundum venisti ad servandum peccatores, inter quos primus ego sum. Credo etiam quod hoc idem est immaculatum Corpus tuum, et hoc idem pretiosus Sanguis tuus. Te deprecor igitur miserere mei et remitte mihi delicta mea spontanea et non spontanea, in dictis et factis, scienter vel ignoranter commissa. Dignare me citra iudicium fieri participem immaculatorum Mysteriorum tuorum, in remissionem peccatorum et vitam eternam. Amen.

Actus contritionis et fiduciae

EX S. BASILIO.

Novi, Domine, indignum me, qui fiam particeps immaculati tui Corporis et Sanguinis pretiosi. Et reus sum et judicium mihi manduco et bibo, non dijudicans Corpus et Sanguinem tuum, Christe Deus meus. Sed miserationibus tuis fretus ad te venio, qui dixisti : qui mandueat meam Carnem et bibit meum Sanguinem, in me manet, et ego in eo. Miserere ergo, Domine, ne traducas me peccatorem; sed age mecum secundum misericordiam tuam. Et fiant mihi haec sancta Mysteria in medelam, in purificationem, in illustrationem, in antidotum, in salutem et sanctificationem anime et corporis ; in aversionem omnis imaginationis et actionis pravae efficacisque diabolicae, quae secundum sensum in me operatur. Sint in fiduciam et dilectionem quae tendit in te. In emendationem vite et securitatem. In augmentum virtutis et perfectionis. In consummationem mandatorum. In Spiritus Sancti communionem. In viaticum aeternae vite. In defensionem acceptabilem apud tremendum tribunal tuum.

Oratio ad B. M. V.

Regina Patriarcharum, quorum expectationem dando nobis Salvatorem implevisti, quibusque sanctæ spei merito excellentiore evasisti, fac benignissimo tuo interventu, ut fiducialiter ad Altaris mysteria accedam, et vitam, quam Filius tuus sumentibus se promisit, ex Eucharistico cibo abundantanter haurire merear. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Illa me fide, spe, charitate, devotionis fervore co-

terisque virtutibus orna, Domine Jesu-Christe, qui bus ornati omnes sancti Sacerdotes ab initio usque ad praesens tremendum Sacrificium tibi obtulerunt; hoc oro te ut mihi concedas per merita et intercessione S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. cuius hodie festum sancta recolit Ecclesia. Amen.

DIES XXVI.

POST MISSAM.

Gratiarum actio

EX NICOLAO SALICETO.

Gratias tibi ago, vera vita viventium, Jesu Christe, Redemptor alme, qui propter nos pauperes consolandas, quos tamquam peregrinos et orphanos in hac terra reliquisti, per ministerium Sacerdotis aperis coelos, et descendis et imples omnem terram benedictione. Qui manibus hominis non dignaris attrectari, benedici, et consecrari in nostram salutem. Tibi, Domino, Deo nostro, magno et immenso, aeterno et excelsῳ, laus, gloria et gratiarum actio nunc et in perpetuum. O inestimabilis dilectio charitatis tuae, Domine Jesu Christe benigne, ut nos indignos Patri tuo reconcilies, te ipsum exhibes victimam salutarem. Immensam igitur misericordię tuae clementiam suppliciter exoro, quatenus hoc summę charitatis Sacramentum mihi, cunctisque fidelibus, sit contra vulnera peccatorum efficacissimum medicamentum, ac omnis virtutis et gratiæ complementum. Amen.

Pii affectus ad Jesum.

O Jesu bone ! quid mihi est in coelo et a te quid

volui super terram ? Jam plenum est desiderium meum, plenum gaudium cordis mei : quia tu es plenitudo mea, omne bonum et desiderium meum. Reffice, Domine, esurientem animam meam : accende frigiditatem meam igne amoris tui : illumina cætitatem meam claritate præsentiae tuæ. Verte mihi omnia terrena in amaritudinem ; omnia infima et creata in contemptum et oblivionem. Erige cor meum ad te in coelum, et ne permittas me vagari super terram. Penetret, quæso, hujus Sacramentivæ virtus omnia intima mea : et quidquid in me pravum, quidquid vitiosum est, mortificet et eradicit. In te, Jesu suavissime, sit omnis delectatio mea : trœdeat me gaudii, quod est sine te ; amara sit mihi omnis quies, quæ non est in te. Emitte ex te, benignissime Jesu, amoris tui radios, qui me succendant, et quidquid terrenum in me est comburant et consumant : ut igne inextinguibili charitatis tuæ ardeam, et vestus in me homo totus deficiat. Utinam me rapiat ignita vis amoris tui, quæ me transformet in te, et in te absorbeat, ac me tecum unum efficiat !

Aspiraciones ad Jesum.

Da mihi, Domine Jesu, ut dulcedine amoris tui plenus, flamma cœlestis charitatis totus exardescam. Confige, et transverbera cor meum acutissimo dilectionis tuæ telo, ut langueam amore tui. Da mihi, ut anima mea amoris tui dulcedine tota colliquescat in te; posside eam totam, ut ipsa possideat te. Utinam, o Jesu, metibi ita conjungas, me tibi ita conglutinas, ut numquam a te separer ! Amen.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Oratio.

CLEMENTIS I. PAPÆ.

Domine, Deus omnipotens, Pater Christi, Filii tui benedicti, exauditor invocantium te in rectitudine, qui scis interpellationes tacientium, gratias tibi agimus, quod fecisti nos dignos participationis sanctorum Mysteriorum tuorum, quæ præbuisti nobis in confirmationem eorum, quæ bene cognita sunt ; in custodiâ pietatis, in remissionem peccatorum, quoniam nomen Christi tui invocatum est super nos, et tibi conciliati sumus. Qui segregasti nos a communicatione impiorum, conjunge nos cum consecratis tibi ; confirma nos in veritate Sancti Spiritus superventione. Ignorare revela, quæ desunt exple ; cognita corroborâ ; Sacerdotes immaculatos tuere in servitute tua ; Reges conserva in pace ; magistratus in justitia ; cœlum in salubritate ; fructus in fertilitate ; mundum in providentia omni ex parte sufficienti Nationes bellicosas reprime ; errantes converte ; populum tuum sanctifica ; virgines conserva ; matrimonio junctos custodi in fide : ignorantes corroborâ ; infantes ad virilem ætatem perduc ; novitos confirma ; catechumenos instrue et imitatione dignos redde, nosque omnes congrega in regnum cœlorum, in Christo Jesu, Domino nostro, cum quo tibi gloria, honor, cultus, et Sancto Spiritui in sæcula. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Sancta Maria, *Regina Patriarcharum*, tu me pauperum famulum tuum potenti tuo patrocinio adjuva, ut mihi, infirmo et ad peccandum proclivi, cibus Eucharisticus sit contra insidias inimicorum meorum firma defensio et mei finis felix consumma-

tio, ac tandem eumdem Deum, et Dominum meum, Jesum-Christum, tecum sine velamine videre, æternumque possidere valeam. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Te quoque deprecor, Domine Deus meus, ut intercessione S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. sacrosancta Sacra menta, quæ sumpsi, amorem proprium in me enecent, fomentum ardoris libidinis in me extinguant, et accendant in me tui amoris ignem, quem venisti mittere in terram. Amen.

DIES XXVII.

ANTE MISSAM.

O quam magnum et honorabile est officium sacerdotum, quibus datum est Dominum majestatis verbis sacris consecrare, labitis benedicere, manibus tenere, ore proprio sumere et ceteris ministrare! O quam mundæ debent esse manus istæ, quam purum os, quam sanctum corpus, quam immaculatum cor sacerdotis, ad quem totius ingreditur auctor puritatis! (Imit. Christi, Lib. 4)

Actus virtutum Theologicarum.

O Christe Jesu, verus Deus et Homo, unius cum Patre substantiæ, majestatis et potentie; firma fide credo ac profiteor, quia tu vere ac re ipsa præsens es in hoc Sacramento. Tu enim ipsa veritas dixisti: Hoc est Corpus meum; hic est Calix Sanguinis mei. Credo quidquid dixit Dei Filius, nil hoc verbo veritatis verius.

O Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te. Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deum omnis boni fontem et gratiæ auctorem, quem in hoc Sacramento possides. Accede, o anima mea, ad eum confidenter, quoniam suavis et mitis, et multæ misericordiæ est omnibus invocantibus se. Ille solus dare potest omnia, quia super omnia potens est; imo dare vult omnia, quia summe bonus est. O spes mea, Deus, propter hoc lætatum est cor meum, dum te ipsum in hoc Sacramento recipio; quia spero, plane te nihil non daturum, qui nobis dedisti te ipsum. In te, Domine, confido, non confundendas me ab expectatione mea.

O dulcissime Salvator, Christe Jesu, quanta fuit tui vis amoris, quæ te traxit e sinu Patris in hanc lacrymarum vallem, ut humaram carnem assumeres, infinitas miserias, injurias, imo crucem mortemque subires; idque solum propter miseros nos homines et propter nostram salutem. Ex amore itaque ad nos in carnem venisti: et demum abiurus ex hoc mundo ad Patrem, in pignus amoris hoc Sacramentum nobis reliquisti, ut modo prorsus novo et mirabili semper maneres nobiscum, cuius deliciæ sunt esse cum filiis hominum. O Domine, quantum dignus es amari, qui tanta facis amore nostri? Diligam itaque te, Domine fortitudo mea, Domine firmamentum meum, et refugium meum et liberator meus. Cupio nunc te, Domine Jesu, suscipere in hoc Sacramento, ut tibi firmius uniar amoris vinculo, et perpetuo tibi unitus maneam.

Oratio

S. HIERONYMI, VIATICUM SUSCEPTURI.

Propitius quæso, Domine, esto huic peccatori, ut sis mihi in adjutorium et in locum refugii; ut salvum me facias; et tunc, si ambulem in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Mortuus en, pie Jesu, jaceo; exurge, resuscita me et confitebor tibi. Eger et infirmus sum, cui nulla est amplius in carne sanitas; medicus es, sana me. Nudus affligor frigore: dives es, indue me. FAME in hac solitudine pereo; cibus es, satia me. SITIO; salubre poculum es, inebria me. INFIXUS sum in limo profundus, et non est substantia. VENI in altitudinem maris, et tempestas demersit me. Laboravi clamans, raucae factæ sunt fauces meæ. Jam intraverunt aquæ usque ad animam meam. EDUC me de laqueo isto protector meus, gubernator meus, firmamentum meum, refugium meum, dux meus, rex meus, et Deus meus.

Directio Intentionis

EX B. PETRO CANISIO.

Suscipe, Sancta Trinitas, unus Deus, Sacrosanctum hoc Sacrificium Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu-Christi quod ego indignus peccator, juxta potestatem mihi datam, una cum Sacrificiis unquam oblatis aut offerendis, unitum sanctissimo Sacrificio, ab eodem Domino nostro in ultima cena et in ara Crucis oblato, offero divinæ tue Majestati, cum omni possibili pietatis affectu, ex puro amore divinæ tue bonitatis, secundum sanctissimam ejus-

dem Domini nostri et sanctæ Matris Ecclesie intentionem. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Regina Prophetarum, a prophetis prænuntiata, et majore præ illis fidei lumine ditata, fac ut vivida fide in realem Jesu-Christi præsentiam reverenter semper et devote sanctissimum Missæ Sacrificium offerens, continuo fides illa, quæ vere est medulla sacerdotalis ministerii, profundiores in me radices agat. Amen.

Oratio ad Santos.

Misericordissime Domine Jesu, rogo te per intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N.N. et Sancti N., ut qui me in numerum tuorum Sacerdotum tua ineffabili benignitate admittere voluisti, animam meam, per quotidiam divinissimi Sacrificii oblationem, omnibus virtutibus Sacerdotalibus ornare digneris. Amen.

DIES XXVII.

POST MISSAM.

Gratiarum actio

EX MISSA S. CHRYSOSTOMI.

Gratias tibi agimus, clementissime Dominator, Redemptor animarum nostrarum, quoniam et præsenti hac die colestibus et immortalibus Mysteriis nos dignos fecisti. Tu dirige viam nostram. Serva nos in timore tuo. Tuere vitam nostram. Gressus

nostros firma orationibus et intercessionibus sanctæ et gloriæ Dei Genitricis et semper Virginis Mariæ. Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua, nunc et semper et in sœcula sœculorum. Amen.

Gratiarum Actio

EX MICHAELE, EPISC. MEROBURGENSI.

Omnipotens Deus, gratias ago tue paternæ bonitati, quam in me et in omnes miseros peccatores hoc ipso declarasti, quod nostræ salutis causa Filiū tibi unice dilectum pro peccatis nostris mortem pati voluisti. Gratias tibi ago, benignissime Deus, Iesu Christe, Fili Del vivi, pro obedientia tua promptissima, quam pro me et omnibus miseris peccatoribus Deo Patri prestatisti, quodque innocens nostrorum criminum debitis in te sumpsisti ac mortis supplicium nostra salutis causa pertulisti; ut nos tua morte vivificares et a morte perpetua liberares. Gratias ago tibi, qui mihi indigo Corpus et Sanguinem tuum, quæjam olim mihi redimendo impendisti, nunc in cibum largiri dignaris, quo in te conservare et habeam vitam æternam.

Oratio S. Thomæ Aquinatis.

Piissime Deus meus, misericordia mea, remitte mihi indigno Sacerdoti, quod ad celebranda sacra-tissima Altaris tui Mysteria accedere præsumpsi tam indigne et impudenter; quod sanctissimum Corpus tuum et sacratissimum Sanguinem tuum tractavi et sumpsi tam indevote et irreverenter. Remitte mihi, clementissime Deus, quidquid in hac Missa, tam in dicendis quam in agendis, transivi incante et negligenter. Mi Domine, Deus, omnem indignitatem et impudentiam, omnem indevolutionem et irreveren-

tiam, omnem injuriam et negligentiam, omnemque ingratitudinem et indecentiam meam, quam commisi circa hoc tuum Venerabile Sacramentum, oro, dimitte mihi, Pater misericordiarum, pro tua misericordia in æternum.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Pii affectus ad Jesum.

Ecce, Domine Jesu, jam habeo te, qui habes omnia. Possideo te, qui potes et possides omnia. Ergo, o Deus meus et omnia, abstrah cor meum a cœteris omnibus extra te, in quibus nihil nisi vanitas et spiritus afflictio. In te uno fluxum sit cor meum. In te sit requies mea, in quo est thesaurus meus, summa veritas, vera felicitas et felix aeternitas.

Sentiat, o Jesu, mens mea dulcedinem præsentiae tue: gustet quam suavis sis, Domine, ut inescata amore tuo, nihil querat extra te.

Tu es Mediens animæ meæ, languores nostros tuo labore sanasti; ego vero sum infirmus ille, ad quem sanandum de cœlo venisti. Itaque sana animam meam, quia peccavi tibi.

Tu es Pastor meus, qui posuisti animam tuam pro ovibus tuis, et ego ovis illa, quæ perierat; et tamen dignaris me pascere Corpore et Sanguine tuo: suscipe me nunc in humeros tuos. Quid negabis mihi, qui te ipsum dedisti? Rege me, et nihil mihi derit in loco pascuae, ubi me collocasti: donec ad pacuæ vite æterne perducar.

O Lux vera, quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte.

O Ignis jugiter ardens, ecce me tepidum et frigidum: ure renes meos et cor meum, ut ardeant amore tui.

O Rex celi et terræ, ecce ego egenus et pauper sum ; adjuva me et ex thesauris bonitatis tuæ succurre inopi animæ meæ.

O Dominus meus, et Deus meus, ecce servus tuus sum ego : da mihi intellectum, et excita affectum, ut sciam et faciam voluntatem tuam.

Tu es Agnus Dei, qui tollis peccata mundi ; tolle de me, quod mihi nocet et tibi displicet.

O Deus meus et omnia, absorbant, quæso, mentem meam vis ignita et melliflua amoris tui : ut amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori. O Deus meus et omnia ! Amen.

Oratio ad B. M. V.

Intercedere digneris pro me, o *Regina Prophætrum*, apud Filium tuum, Dominum nostrum Jesum-Christum, qui nunc animam meam sanctissimo Corpore, et pretiosissimo Sanguine suo cibare dignatus est ; ut viva fide semper cœlestia Mysteria pertractem, cunctaque illa præ cæteris curem, quæ ad Eucharistiam, sive sancte sumendum, sive devote adorandum, sive digne distribuendum et conservandum spectant. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Suppliciter te deprecor, dulcissime Jesu, permerita et intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N., tribuant mihi tua, quæ sumpsi, Sancta fervorem, ut tibi, Domino Deo meo, omnibus diebus meis, inter adversa sicut inter prospera, serviam corde magno et animo volenti. Amen.

DIES XXVIII.

ANTE MISSAM.

Totus homo paveat, totus mundus contremiscat et colum exultet, quando super altare in manibus Sacerdotis est Christus, Filius Dei vini. O admiranda altitudo ! O stupenda dignatio ! O sublimitas humilis ! quod Dominus universitatis, Deus et Dei Filius sic se humiliat, ut pro nostra salute sub modica panis formula se abscondat. (S. Franc. Ass. Epist. 12.)

Præparatio

EX MISSA S. JACOBI APOST.

Domine, qui visitasti nos in misericordia et commiseratione, et nobis abjectis peccatoribus et indignis servis tuis concessisti, ut confidentes accedemus ad sanctum Altare tuum, et offeremus tibi tremendum hoc et incruentum Sacrificium pro nostris peccatis et ignorantias populi. Respic in me servum inutilem, et dele per viscera misericordiae tue delicta, et pura redde labia mea et cor ab omni inquisitione carnis et spiritus, et averte a me omnem cogitationem turpem et insipientem, et idoneum me fac viritate Spiritus tui sanctissimi ad hoc sacrum Ministerium, et recipe me tua bonitate accedentem ad sanctum Altare tuum.

Placeat tibi, Domine, ut hæc quæ offerimus dona manibus nostris accepta tibi sint, meisque infirmitatibus condones, et ne projicias me a facie tua ; neque meam indignitatem averseris ; sed miserere mei secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele ini-

quitates meas, ut inculpate accedens ante gloriam tuam, dignus sim, qui operiar protectione unigeniti Filii tui, et illuminatione Spiritus tui sanctissimi; nec ut servus peccati reprobus fiam, sed ut servus tuus gratiam inveniam et misericordiam, ac peccatorum remissionem coram te, nunc et in futuro sæculo.

Deus, qui propter magnum atque ineffabilem erga homines amorem misisti Filium tuum unigenitum in mundum, ut ovem errantem reduceret, ne averseris nos peccatores, tremendum hoc et incursum Sacrificium attrahentes. Non enim in nostra justitia confidimus, sed in benigna misericordia tua, qua genus nostrum redemisti. Supplicamus et imploramus bonitatem tuam, ne Mysterium hoc, quod ad salutem nobis dispensatum est, in condemnationem populo sit, sed in abolitionem peccatorum, ac animarum et corporum renovationem; utque tibi, Deo et Patri, gratum sit, per misericordiam et Humanitatem unigeniti Filii tui, cum quo benedictus es cum sanctissimo et vivificantे Spiritu tuo, nunc et semper et in sæcula.

Actus virtutum Theologicarum.

Credo, Domine Jesu, quod tu in Sanctissimo altaris Sacramento vere, realiter et substantialiter sis præsens, quia tu ipse dixisti. Spero in te, qui sumentibus te vitam promisisti. Amo te, qui ex amore nostri mortem subire voluisti et te ipsum nobis in cibum reliquisti in augustissimo altaris Sacramento. Utinam, Domine Jesu, illa fide, illa spe et charitate ad sanctum altare possem accedere, cum quibus sancti tui haec sacra Mysteria peragebant! Illorum merita, Domine Deus, meam suppleant inopiam!

Pii affectus ad Jesum

EX S. HIERONYMO.

Domine Jesu, quis ego sum, ut intres sub tectum meum? An melior ego sum quam tot Patriarchæ antiqui fecederis, quibus tamen non concessisti, ut te sic haberent, sicut ego te habeo? Quam profunde te dimittis, Domine, ut visites me pauperem et publicanum! Satis tibi non erat, o dulcissime Salvator in terris his videri et cum hominibus conversari: sed insuper precepisti nobis, ut te comedamus. O mira tua circa nos pietatis dignatio!

Oratio

S. ANSELMI CANTUAR.

Oro dulcissimam misericordiam tuam, suavissime Jesu, pasce miseram animam meam, ne fatigata in hac peregrinatione deficiat. Tua me, Domine, bona-
tas creavit, et patienter hactenus me quotidie pec-
cantem expectavit. Potentia Divinitatis tuae facit me,
humilitas autem Humanitatis tuae refecit me. Tu,
Domine Jesu, qui natus de sancta Virgine, veram ex
ea Carnem accepisti, pasce peccatricem animam
meam hac eadem tua sancta Carne, et satia illam
tua sancta dulcedine.

Oratio ad B. M. V.

Regina Apostolorum, quos post mortem dilectissimi Filii opera et consilio in Evangelii propagatione adjuvisti, quæque plus illis omnibus pro consolidanda Ecclesia laborasti, ora pro me, ut in sacris peragen-

dis Mysteriis eorum fidei et fervoris flam particeps et officium meum sacerdotale pariter Deo cedat in honorem, Ecclesiae in edificationem et cunctis fidelibus, vivis et defunctis, in salutem. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Offero tibi, Domine, merita et virtutes S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N., quibus desiderarem ut essem ornatus, dum ad totius Sanctitatis auctorem sum accessurus. Ipsiſ intercedentibus, oro Te Domine, condona mihi indignitatem meam, et ad sacrum tuum convivium me misericorditer admitte, ut ibi in gudio spiritus manducem Panem Cœli, omne delectamentum in se habentem. Amen.

DIES XXVIII.

POST MISSAM.

Oratio ad Patrem et Filium

EX B. PETRO CANISIO.

O Pater æterne, ecce hic est Filius tuus dilectus, in quo tibi semper complacuit. Respic in faciem Christi tui et averte faciem tuam a peccatis meis, propter quæ Unigenitus tuus humiliavit semetipsum, tibi factus obediens usque ad mortem Crucis. Ecce hic est advocatus noster apud te et propitiatio pro peccatis nostris. Ipse enim peccata nostra pertulit in corpore suo superignum et livore ejussanati sumus. Percutio itaque cum Publicano, ex intimo dolore, cor meum tantis reatibus obnoxium, quæ sola ad tanta supplicia traxerunt Unigenitum tuum. Per hunc ergo

propitiussi mihi peccatori. Ecce vox Sanguinis Filii tui clamat ad te de terra, non vindictam, sed veniam et misericordiam. Passio et Morsejus sint mihi, precor, in remedium et indulgentiam peccatorum meorum Vulnera ejus medela fiant animæ meæ in vitam æternam.

O Redemptor meus, Jesu-Christe, benedico te pro amabili memoria, quam nobis in venerabili Sacramento Eucharistie reliquisti; et obsecro te per conversionem Panis et Vini in Corpus et Sanguinem tuum, et per conversionem divinæ iracundiae in misericordiam tempore crucifixionis et mortis tue, et per omnia viscera paternæ clementie tue, ut me et omnes peccatores convertas ad te et transmutes in te, et me et omnia mea dirigas ad bonum finem. Amen.

Brevis Paraphrasis preceptionis

Anima Christi.

Anima Christi sanctifica me. Anima sanctissima sanctifica animam meam peccatricem, tribuendo illi Fidem vivam et firmam, Spem robustam atque inconcussum. Amorem Dei et proximi ardentem, Contritionem de omnibus peccatis meis perfectam, Humilitatem profundissimam, Mansuetudinem immutabilem, Castitatem animæ et corporis mundissimam, in adversis Patientiam et cum voluntate divina Conformatatem. Zelum vere sacerdotalem pro gloria tua et animarum salute, atque affectuosam devotionem erga sanctissimum tuum Sacramentum, tuumque Cor divinissimum.

Corpus Christi salva me. Per Corpus tuum sanctissimum, Domine Jesu, merear ab omni malo tum corporis tum animæ liberari, ab omni peccato et pec-

cati periculosa occasione defendi, a morte æterna præservari, et post mortem tecum in celis uniri.

Sanguis Christi inebria me; ut hoc spirituali musto spiritualiter ebrius mei obliviscar, mundo mortuus mundum despiciam et sancto æstuans amore, pro Dei causa quidvis agam et patiar.

Aqua lateris Christi lava me; ut anima mea ab omnibus peccatorum sorde et macula mundetur, et per virtutem divinissimæ hujus Aquæ super nivem debetur.

Passio Christi conforta me. Tribue mihi in sanctis meis propositis constantiam. Contra omnia mihi adversantia me tua virtute confirma; ut in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis potens fiam, omniaque gravia propter te forti et alacri animo sustineam.

O bone Jesu exaudi me. Tu, o Jesu, es dives in omnes, qui invocant te; tu es Deus misericordiarum, et ego sum miser et miserabilis, et pauper et cæcus et nudus; pro tua benignitate ergo de tuis divitias dita me.

Intra vulnera tua absconde me. Vulnera tua asylum misericordie constituisti; in illis ergo absconde me, ne preda hostium fiam, aut in manus offensi mei Domini incidam.

Ne permittas me separari a te. Per virtutem sacra-tissimorum tuorum vulnerum obsecro te, Domine Jesu, ne umquam permittas, ut separer a te, sive per peccatum hic in terris, sive in altera vita per damnationem.

Ab hoste maligno, qui tamquam leo rugiens circuit quæren- quem devoret, defende me; ne umquam dicat inimicus meus: prevalu aduersus eum:

In hora mortis meæ, in hora illa terribili, dum dominum æternitatis ingrediar, non meis meritis, sed tua permotus misericordia, voca me, et jube me venire ad

te, summum et unicum bonum meum, ad cuius frumentum vocatus sum; ut cum Sanctis tuis, in quorum consortio, licet indignus, a tua infinita misericordia admissus, laudem te, Deum et Salvatorem meum, in secula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Adesto mihi, o Maria, *Regina Apostolorum*; ut sub tua protectione fideliter pro Jesu-Christo legatione fungar, et ex frequenti usu coelestium Sacramentorum magis magisque zelo apostolico accendar, quantum fidelem populum viam salutis æternæ verbo et exemplo doceam, et ad illam sequendam consilio et opera jugiter adjuvem. Amen.

Oratio ad Santos.

Domine, Deus omnipotens, qui me in misericordia tua ad officium Sacerdotale eligere dignatus es, te oro per intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N., ut hoc sentiam in me quod et in Christo Jesu, quem in partem hereditatis meas et calicis mei elegi, quatenus non solum nomine sed et omni sim alter Christus. Amen.

DIES XXIX.

ANTE MISSAM.

Sacerdotii aspice dignitatem: agitur quidem in terra, sed officium ejus coelestibus negotiis continetur. Non enim homo, non Angelus, non Archangelus, non aliqua alia creatura, non Virtus, sed ipse Spiritus Sanctus hoc munus instituit, atque adhuc in carne manentes

cati periculosa occasione defendi, a morte æterna præservari, et post mortem tecum in celis uniri.

Sanguis Christi inebria me; ut hoc spirituali musto spiritualiter ebrius mei obliviscar, mundo mortuus mundum despiciam et sancto æstuans amore, pro Dei causa quidvis agam et patiar.

Aqua lateris Christi lava me; ut anima mea ab omnibus peccatorum sorde et macula mundetur, et per virtutem divinissimæ hujus Aquæ super nivem debetur.

Passio Christi conforta me. Tribue mihi in sanctis meis propositis constantiam. Contra omnia mihi adversantia me tua virtute confirma; ut in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis potens fiam, omniaque gravia propter te forti et alacri animo sustineam.

O bone Jesu exaudi me. Tu, o Jesu, es dives in omnes, qui invocant te; tu es Deus misericordiarum, et ego sum miser et miserabilis, et pauper et cæcus et nudus; pro tua benignitate ergo de tuis divitias dita me.

Intra vulnera tua absconde me. Vulnera tua asylum misericordie constituisti; in illis ergo absconde me, ne preda hostium fiam, aut in manus offensi mei Domini incidam.

Ne permittas me separari a te. Per virtutem sacra-tissimorum tuorum vulnerum obsecro te, Domine Jesu, ne umquam permittas, ut separer a te, sive per peccatum hic in terris, sive in altera vita per damnationem.

Ab hoste maligno, qui tamquam leo rugiens circuit quæren- quem devoret, defende me; ne umquam dicat inimicus meus: prevalu aduersus eum:

In hora mortis meæ, in hora illa terribili, dum dominum æternitatis ingrediar, non meis meritis, sed tua permotus misericordia, voca me, et jube me venire ad

te, summum et unicum bonum meum, ad cuius frumentum vocatus sum; ut cum Sanctis tuis, in quorum consortio, licet indignus, a tua infinita misericordia admissus, laudem te, Deum et Salvatorem meum, in secula sæculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Adesto mihi, o Maria, *Regina Apostolorum*; ut sub tua protectione fideliter pro Jesu-Christo legatione fungar, et ex frequenti usu coelestium Sacramentorum magis magisque zelo apostolico accendar, quantum fidelem populum viam salutis æternæ verbo et exemplo doceam, et ad illam sequendam consilio et opera jugiter adjuvem. Amen.

Oratio ad Santos.

Domine, Deus omnipotens, qui me in misericordia tua ad officium Sacerdotale eligere dignatus es, te oro per intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N., ut hoc sentiam in me quod et in Christo Jesu, quem in partem hereditatis meas et calicis mei elegi, quatenus non solum nomine sed et omni sim alter Christus. Amen.

DIES XXIX.

ANTE MISSAM.

Sacerdotii aspice dignitatem: agitur quidem in terra, sed officium ejus coelestibus negotiis continetur. Non enim homo, non Angelus, non Archangelus, non aliqua alia creatura, non Virtus, sed ipse Spiritus Sanctus hoc munus instituit, atque adhuc in carne manentes

ministerio præstítit Angelorum fungi. Propter quod oportet Sacerdotem, quasi qui in ipso consistat calo illico Virtutibus misceatur, ita vita splendore radiatum. (S. Chrys. Lib. 3. Dial.)

Oratio præparatoria.

Deus, Pater omnipotens, ea, qua decet, reverentia et devotione collando misericordiam tuam infinitam, qua perditum humano generi subvenisti, mittendo in terras unigenitum Filium tuum, ut evangelizaret pauperibus, ut sanaret contritos corde et prædicaret captivis indulgentiam. Nunc accedens ad Altare tuum, offero Divine Majestati tua eundem dilectissimum Filium in gratiarum actionem pro eximis donis et bonis, quibus nos cumulasti et cumulare non cessas. In satisfactionem pro peccatis meis innumeris et peccatis totius mundi, et in recognitionem supremæ tuae Majestatis et domini in omnem creaturam. Offero tandem pro cunctis vivis et defunctis; præsentim pro iis, pro quibus tu, Domine, vis, ut orem et sacrificem.

Oratio S. Anselmi.

O vita animarum te amantium! veni, precor, per sanctam tui Corporis et Sanguinis susceptionem in cor meum et ab ubertate voluptatis tuae inebria illud, ut cunctorum temporalium obliviscar. Pudet ac piget me illa cogitare, quem mundus diligit. Tristia mihi sunt, quem in terris video. Gravia omnia, quem de transitoris audio. Veni ad me, Domine Deus meus, ut videam te, ut audiam te, ut habeam te, et amplectar te. Angusta est mihi interim domus animæ meæ, quousque venias ad eam et dilatetur a te. Ruinosa est domus mea, refice eam. Habet equidem

plurima, que offendunt oculos tuos; fateor et scio: sed quis mundabit eam? aut ad quem alterum clamabo, nisi ad te; Ab occultis meis munda me, Domine?

Oratio S. Laurentii Justiniani.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Filium tuum unigenitum per carnis nostræ susceptionem sic ad nos misisti, ut non discederet a te, nosque prædicationibus suis, vita exemplo, et Sanguinis sui effusione elevaret ad te; concede nobis, ad Sacra Mysteria nunc accendentibus, misericordiam tuam, ut famulus noster tibi sit gratus et acceptus. Da nobis, famulis tuis, donum lacrymarum, compunctionis genitum, nostri ipsorum cognitionem, orationis affectum, devotionis gustum et tui amoris iuge solatium; ut internæ consolationis pabulo refecti, tuæque veritatis splendore illuminati, mereamur esse in adversis fortes, in prosperis humiles, in tribulationibus læti, in infirmitate patientes, in temptationibus animosi, in moribus graves, in consiliis providi, in sacra lectione assidui, in precibus attenti et in gratiarum actione impigri. Rogamus te, Domine Deus, ut per Sacramentorum tuorum sumptionem cor nostrum charitate ignescat, spiritus noster proficiendi desiderio ferveat et exterior noster homo omnium virtutum exercitatione clarescat. Infunde mentibus nostris spiritum sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis, atque timoris tui salutaris, quo præcedente, comitante, protegente et dirigente, formidolosa nostra peregrinationis discrimina inoffenso pede ita percurramus, ut consummato vita præsentis agone, securi veniamus ad te, exultemus in te, de te repleamur in te, et tota virtute laudemus te, sociati cum lætantibus Angelorum

agminibus atque jubantibus Sanctorum omnium choris, quibuscum, te largiente, erit nobis perpetua requies, jucunda felicitas, sempiterna laudatio, pax secura, lumen indeficiens, bonum ineffabile, tuique visio sine fine beata. Haec nobis humiliter supplicantibus praestare digneris, Pater clementissime. Qui vivis et regnas in saecula. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Regina Martyrum, quæ longiori et atrociori martyrio gloriose hoc titulo coheret, digna facta es, ad sis mihi in hac hora celebrationis celestium Mysteriorum, sicut Divino Filio tuo, in cruce eruentum suum sacrificium offerenti, adstisti, et intercede pro me, ut cibo Eucharistico confortatus, nullus umquam labores pertimescam, nullis minis deterrear, ubi de Dei honore aut animarum salute res agitur. Amen.

Oratio ad Santos.

Participem me fac, Domine, meritorum S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N.N. et Sancti N., ut ipsis suffragantibus, quamvis indignus, gratum Majestati tuae Sacrificium pro vivis et defunctis offerre, et gratias tuae dona inde ubertim valeam percipere. Amen.

DIES XXIX.

POST MISSAM.

Gratiarum actio.

Gratias ago tibi, benigne Domine, benefactor animæ meæ, quod me modo dignum fecisti celestium

tuorum et immortalium Mysteriorum. Sed quid redam tibi? Vere minor sum omnibus donis tuis. O clementissime Deus, accipe laudes et gratiarum actiones, quas Filius tuus, Salvator noster, in assumpta Humanitate ab instanti Incarnationis, toto vitæ sua decursu persolvit: et illas præcipue, cum instituens hoc Sacramentum et quasi tum agnoscens impares nos esse gratiis tanto beneficio referendis, elevatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem suum omnipotentem omnium nostrum nomine tibi gratias egit. Suscipe etiam, o mitissime Pater, illas gratiarum actiones, quas Beata Virgo, unigeniti Filii tui Mater tibi obtulit, quando eum, quem ego ipse jam inclusum pectori meo complector, ipsa suis castissimis visceribus concepit, gestavit et peperit; nec non et illas, quas toto vitæ sue tempore, et potissimum quoties eum, jam sublatum in cœlos, in Sacramento recepit, ex ardentis cordis desiderio et intimæ devotione persolvit. Benedic quoque et laudent te omnes angelici Spiritus, qui throno Majestatis tuae jugiter et trementes assistunt, et cantant incessabili voce dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Desidero quoque ex toto corde, ut omnes Sancti et amici tui, tecum modo regnantes in cœlis, quorum communionem credimus, meam insufficientiam compensent suis dignis laudibus, quas umquam hic in terris in usu et veneratione hujus Sacramenti devotissime obtulerunt; et quas tibi modo decantant, cum revelata facie comedunt panem vite et torrente voluptatis tuae potantur. Participem me fac, Deus, omnium timentium te et custodientium mandata tua. O! utinam pariter omnium plorum fidelium affectus, fervores, et omnia tibi in terris placentia vota, desideria et merita in me unum colligere possem; et sic tota animi intentione te amare et honorare pro tanto amore et honore, quo me in hoc Sacramento dignatus es.

Oratio sancti Ephrem.

Domine Jesu Christe, qui constitutus es Iudex vivorum et mortuorum, in die illa terribili, quando omnes homines sententiam suis operibus debitam audituri circumstabunt, tum quæso Domine, mecum misericordia utere, cui nulla potest oratio par inventari. Quo enim aufugiam, aut ubi me abscondam a facie iræ tuæ, cum nullum inveniri aut excogitari queat tam in celo quam in terra, aut in profundo, spatiu, quod tuæ magnitudinis immensitate non impleatur? Enimvero, si metuendum diem illum recogito, summopere exhorresco, ac mente prope attonitus haereo, non ignarus, quale incendium impios sit excepturum. Deus bone! Deus misericors! ne me, precor, existimes inter mortuos amandum quem tuo Corpore pavisti et Sanguine potasti tuo. Corpus tuum me mundet et Sanguis tuus aspersas mihi labes detergat.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Petitiones pro aliorum necessitatibus

EX S. AUGUSTINO.

O Domine, cujus viscera misericordia patent omnibus, qui neminem vis perire, sed omnes homines salvos fieri, ideoque pro omnibus mortem subiisti et hoc Sacramentum instituisti, da, quæso, Sacerdotibus concordiam et innocentiam, Regibus et principibus tranquillitatem et pacem; virginibus castitatem; Deo dicatis continentiam; conjugatis sanctimoniam; poenitentibus indulgentiam; justis perseverantiam; peccatoribus, ut mihi misero, veniam; viuis et orphanis sustentationem; pauperibus protec-

tionem; peregrinantibus redditum; lugentibus consolationem; omnibus denique fidelibus Christianis, vivis atque defunctis, gratiam et vitam sempiternam. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Obtine mihi, o Sancta Virgo Maria, *Martyrum Reginæ*; ut dum quotidie ad sacra altaria accedo, quotidie quoque per Corporis et Sanguinis Jesu-Christi sumptionem in ejus amore proficiam, crucem meam tollam, ipsumque fideliter sequear, firmissime tenens, quod si ipsi in passione sim socius, socius quoque futurus sim gaudii in cœlis. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Dulcissime Domine, Jesu-Christe, quem cognoscere vita æterna est, te deprecor per intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. ut perceptione tui Corporis Sacri et pretiosi Sanguinis quotidie magis magisque a sæculo exuar, sancti Sacerdotis in me exhibeam imaginem, et nonnisi in te et pro te vivam, qui prome vivere et mori dignatus es. Amen.

DIES XXX.

ANTE MISSAM.

Audite Sacerdotes Dei; Si beata Virgo Maria honoratur, ut dignum est quia portavit Dominum in sanctissimo uero suo; si beatus Joannes Baptista contremuit, et non audebat tangere Domini verticem; si pulchrum, in quo per aliquod tempus jacuit, sic veneratur: quanto magis debet esse sanctus, et justus, et

dignus qui non jam moriturum, sed in æternum victurum et glorificatum, in quem desiderant Angeli propicere, contrectat manibus, corde et ore sumit, et alius ad sumendum præbet? (S. Franc. Epist. XII.)

Actus diversarum virtutum

EX LUDOVICO BLOSO.

Adoro, et gratias tibi ago, amantissime Domine Iesu-Christe, pro innumeris beneficiis donis que tuis mihi indignissimo præstis; omnia illa in te refundo, et tibi offero in laudem æternam. Gratias ago pro Incarnatione, Nativitate, Infantia, Pueritia, Adolescentia, Laboribus, Errumnis, Passione, Morte, Resurrectione et Ascensione tua. Gratias ago, quod me vilissimum peccatorem admittere dignaris ad splendidum, vivificumque sacrae Mensæ tuæ convivium. Bone Iesu, per illum amorem, qui te incarnari, pati et mori pro me coëgit, rogo te, ut ab omni peccato me plene emundes, et tibi per omnia placentem reddas. Exorna egenam animam meam meritis ac virtutibus tuis. Præsta ut humili reverentia, ardenti desiderio, et sancto affectu offeram tibi sanctum Missæ Sacrificium in memoriam eorum omnium, quæ pro salute mea facere, loqui et tolerare voluisti. Perficiam hoc purissime ad gloriam Nominis tui semperiternam, ad honorem dulcissimæ Genitricis tue Virginis Mariæ, ad honorem omnium Sanctorum, omniumque bonorum Angelorum, ad salutem meam, ad salutem N., ad salutem omnium fidelium, vivorum et defunctorum. Miserere, Domine, miserere Ecclesiae tue; adesto omnibus, pro quibus pretiosum Sanguinem tuum fudisti. Da vivis veniam et gratiam. Da fidelibus defunctis requiem, lucemque sempiternam. Tibi laus, Christe Jesu, in sæcula sæculorum. Amen.

Oratio ad JESUM EUCHARISTICUM

Ego infelix atque miser peccator, et indignus Christianus, flecto genua ante Dominum et Salvatorem meum, qui me creavit, redemit, sustinet et conservat, quique Veritas ac Vita in æternum permanet. O Iesu Christe, verus Deus et Homo, ego te hic præsentem adoro et invoco, de vivæ Carnis tuæ et Sanguinis, Corporisque et Animæ tuæ veritate et præsentia nihil omnino dubitans. Atque o utinam eo te modo contemplari, cognoscere, diligere et laudare queam, quo te summo cum gudio tot sanctorum millia Angelorum læti contemplantur, perfecte cognoscunt, diligunt atque laudent, nullo umquam in tuo obsequio iædio vel molestia affecti. Ave salus mundi, æternum Patris Verbum, Hostia vera, viva Caro, Deitas integra et vita æterna. O vere pretiosum thesaurum refertum gaudio et mundorum cordium habitaculum. O vivum Angelorum eibum. O Panem cœlestem longe præstantissimum. O æternum Patris Verbum, quod pro nobis factum est Caro, in eadem tamen Persona Deus permanens, verus, inquam, tu Deus, et verus Homo, modo admirabili in Altari consecratus. Tu spes certa ac vera peccatorum salus. Tu languentis efficacissima medicina. Tu miserorum ac inopum ingens thesaurus, Benedictus sis igitur, mi dilectissime Iesu Christe, Tibi omnes creature laudes et gratiarum actiones concinant, quod ferventissimo amore nostri, e cœlo descendens, innocens, mundum et nobile Corpus tuum pro nobis in ara Crucis obtuleris, quodque e mortuis resurgens et Cœlum condescendens, nobis hoc ipsum vivum et immortale in solatium simul ac salutem.

nam benigne, amanter et affectuose donaveris; ac in monumentum discessus tui, et pignus erga nos summi amoris, in hoc Sacramento reliqueris. O tu, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis et dona nobis pacem. Quin et animam nostram solatio ac cibis hoc spirituali refice, praesertim in extremo hujus regni nostri termino, ut nec in vita, nec in morte, abs te et immensa misericordia tua umquam separaremur. Qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Regina Confessorum et Virginum, quibus omnibus ad perfectam sanctimoniam exemplo tuo viam monstrasti, quosque ad illam sequendam patrocinio tuo sustentasti, merear ego quoque a te adjuvari, ut fidelis semper Jesu-Christi Minister existam, et, sanctae conversationis exemplo forma gregis effectus, mihi commissos ad eternæ vite pascua deducere valeam. Amen.

Oratio ad Santos.

Respic in me oculis misericordiae tuæ, piissime Domine Iesu, et quem tam benigne ad participationem Corporis et Sanguinis tui invitas, tanta me gratia reddas dignum. Hoc a te enixe efflagito per meritam et intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum N. N. et Sancti N. cuius hodie solemnia colimus. Amen.

DIES XXX.

POST MISSAM.

Oblatio Sacrificii peracti.

Protector meus aspice, Deus, et respice in faciem Christi tui. En Filius tuus ita se mihi communicavit, ut ego in illo et ille in me sit; en factus est unum mecum, et ego unum cum illo. Ipsum igitur tibi offero, Pater amantissime, ut thymiana suavissimi odoris ad maximam tui gloriam et honorem, in gratiarum actionem pro universis beneficiis tuis; in remissionem peccatorum meorum et totius mundi; ad impetrandum mihi et omnibus, pro quibus oravi et orare debeo omnia subsidia vitae temporalis et eternæ et pro animabus omnium fidelium deficitorum. Suscipe, Domine, cum hac sacratissima oblatione Sacrificii Missæ animam meam et corpus meum, omnes vires et affectus meos, ut sim perpetuum holocaustum, jugiter ardens Majestati tue. Præsta, ut deinceps nec membra, nec sensus; nec potentias, nec vitam habeam, nisi ut te amem et serviam tibi.

Gratiarum actio

EX S. LAURENTIO JUSTINIANO.

O Iesu, Fili Dei, lœtificasti animam meam dulci hac præsentia tua. Ingenti nunc et liquidissimo perfusus gaudio, veneror et adoro te, Salvatorem meum, realiter præsentem in corde meo. Grata mente laudo et glorifico te, tam benevolum in me. Non equidem

omnia et singula, quæ mihi hactenus contulisti, beneficia nosco; eorum tamen, quorum probe recordor, tanta est magnitudo, multitudo tanta, ut nec ullo tempore, nec ulla ratione me satis tibi gratum pro illis exhibere valeam. Summa plane, et omnino divina est tua in homines benignitas. Tam ingentia, tam multiplicia in nos, indignos, contulisti munera, Domine Jesu, ut numquam pares illis gratias tibi referre possimus. Descendisti de celo in Incarnatione, descendisti nunc inter manus meas, propter nos homines et propter nostram salutem, in solatium peragri nationis nostræ, in signum dilectionis tue, in testimonium misericordie tue, in pignus fidei, in vinculum charitatis et in pretium Redemptio nis nostræ. Acquisivisti per mortem tuam nobis veniam delictorum, gratiam merendi stolam immortalitatis et perpetuae jucunditatis. Tu cœlestis gloria nobis introitum patefecisti. Quamobrem totum, quod habemus meriti, quod virtutis, quod veritatis, quod fidei, quod spei, quod charitatis, quod gratiae et quod speramus gloriae, totum tibi, Salvatori nostro, adscribimus. Omne quod possumus, omne quod habemus, omne quod vivimus, omne quod sumus, tibi soli debemus, qui sic nos dilexisti, sic salvasti, sic sanctificasti, sic sublimasti.

Anima Christi, etc. pag. 45.

Precatio Ecclesiæ ad Jesum Eucharisticum.

O salutaris Hostia,
Quæ cœli pandis ostium :
Beata premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.

Uni Trinoque Domino
Sit sempiterna gloria ;
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. Amen.

Oratio ad Jesum

PRO REPARATIONE INJURIARUM.

O Jesu patientissime, qui innumeris contumeliis in Sacramento tui amoris afficeris, tum per multorum contemptum, indifferentiam, et blasphemias, tum per sacrilegas tui Sacramenti susceptiones et in loco sancto irreverentias; detestor o bone Jesu, o Salvator dulcissime, et abominor ex toto corde meo omnes illas tibi illatas a peccatoribus injurias. Obsecro te per sacratissimi tui Cordis ineffabilem charitatem, ut pro illis sis apud omnipotentem Patrem tuum propitiatio. Accende in me, o Jesu, per Corporis tui sacri præsentiam, zelum urentem, ut et commissa sacrilegia in amaritudine animæ mee coram te plangere, et committenda pro viribus avertere satagam.

Oratio ad B. M. V.

Pretioso Corpore et adorando Sanguine Domini nostri Jesu-Christi, Filii tui, recreatus, atita dignum objectum oculorum tuorum effectus, denuo omnium cum fiducia ad te, o *Regina Confessorum et Virginum* venio, te humiliter rogans, ut sicut sanctis Confessoriis et Virginibus tum exemplo tum patrocinio iter ad cœlestem Jerusalem pandisti, ita et ego tuo ductu ad eorum post hanc vitam merear pervenire consortium. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Da mihi, Domine Jesu, per intercessionem S. Angeli Custodis, S. Joseph, SS. Patronorum meorum NN. et Sancti N. ut cibo Eucharistico frequenter et

fructuose nutritri merear quatenus mens mea, novis continuo gratiis repleta, in vita et in morte tibi fideliter adhaerat, et quotidie amoris vinculo intimius uniatur, donec aspiret dies claritatis æternæ. Amen.

DIES XXXI.

ANTE MISSAM.

Grande Mysterium, et magna dignitas Sacerdotum, quibus id datum est quod Angelis non est concessum. Ecce Sacerdos factus es et ad celebrandum consecratus; vide nunc, ut fideliter et devote in suo tempore Deo Sacrificium oferas et te ipsum irreprehensibilem exhibeas. (Imit. Christ. L. IV.)

Oratio preparatoria

EX NICOLAO BUSIO.

Gratias agimus tibi, Trinitas sancta, et Unitas in divisa. Tibi Pater ingenite, tibi unigenite Fili tibi Spiritus Sanctus, tibi uni, soli vivo et vero Deo, Dominatori universæ creaturæ, qui me miserum peccatorem ad Sacerdotii ordinem vocare dignatus es et sacri Altaris voluisti esse Ministrum, ad quod et nunc accedere statui, fretus multitudine miserationum et misericordiarum tuarum, quæ a sæculo sunt. Non enim, agnosco, dignus sum, ut corpore meo gravissimi peccatis obnoxio adsternam sacrosanctæ Mensæ tuæ; nec dignus, ut per os meum pollutum nomen tuum magnificum et sacrosanctum assumam. Postremo non dignus sum, ut manibus meis peccatricibus tractem Sacraenta benedicti et pretiosissimi Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi. Quare, o Trinitas Veneranda, utinam ego inveniam gra-

tiam in oculis tuis benedictis, et tu, remissis ac tec-
tis omnibus peccatis meis, facias me vere idoneum
Altaris tui Ministrum.

Oratio S. Ephrem.

Domine Jesu, qui lumine gratiæ tui universum
terrarum orbem illuminasti: illumina quoque cor-
dis mei oculos ut te diligam et cum gudio tuam ju-
giter voluntatem perficiam. Ecce, Calix tremendi
Sanguinis tui lumine ac vita plenus est. Intelligentia
mihi lumenque largire, ut cum fide et deside-
rio ad ipsum accedam; sitque mihi in remissionem
peccatorum et non ad judicium.

Oratio S. Anselmi ante Missam.

Trepidus ego et anxius, criminumque funibus cap-
tivatus, te unicum miserorum refugium deprecor,
Domine Jesu Christe, ut indigno mihi, Sacerdoti tuo,
indulgeas, quod Altaris Sacramentum, Angelis
tremendum et adorandum, sceleratis labiis conse-
rare et profanis manibus audeo atrectare. Sed dum
accedo per me, fateor Domine, præsumo de te. Me-
mor enim miseriarum mearum et misericordiarum
tuarum quæ a sæculo sunt, te rogo, Domine, ut
sacrosanctum hoc Sacrificium non sit mihi ad judi-
cium, neque ad condemnationem, sed potius ad li-
berationem iniquitatum et angustiarum mearum et
ad perennem animæ meæ salutem. Idipsum, Domi-
ne Jesu, supplicans repeto, non elata, ut ipse con-
spicis, præsumptione, sed prona et pavida submis-
sione, quod miser et immundus ego peccator Car-
nis tuæ sanctæ et pretiosi Sanguinis tui Sacra-
mentum immundis manibus consecrare audeo. Supplex
oro te, Domine, Ministerium meum benigne respi-

ee, et mihi misero ministro miserere. Sacrificantem purifica, et Sacrificium sanctifica. Quidquid est in me contra me, clementer aufer a me. Apta me tuo sancto servitio, ac idoneum me tibi Ministrum perfice ; et annue, ut quæ tibi sunt placita inter hæc sancta Mysteria postulem, et quecumque postulo a benignissima misericordia tua percipiam. Exaudi, Domine, deprecationem meam et propitius esto cuncto populo tuo ; propitiare omnibus fidelibus christianis : succurre delinquentibus ; ut cito se corrigant ; propitiare hereticis et schismaticis, judæis atque paganis, ut revertantur a viis suis pessimis ; propitiare animabus defunctorum, ut per hæc sacra-santa Mysteria pervenire mereantur ad requiem sempiternam. Amen.

Oratio ad B. M. V.

Regina Sanctorum omnium, quos omnes gratiæ abundantia et virtutum meritis superasti, Intercede pro me, ut illa fide, spe et charitate, quibus ipsi hunc sanctissimum cibum suscepissent, iisdem et ego illum suscipere valeam, et sicut ipsi, ex coeli hac alimonia novas quotidie vires hauriam pro continuo in vita spirituali progressu. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Intercedere dignentur pro me, Domine Jesu-Chrïste, S. Angelus Custos, S. Joseph, SS. Patroni mei N. N. et Sanctus N., ut dum Divinissimis cum donis ad te venio, a pietate tua non repellar ; sed a te misericorditer excipiar, et per virtutem Sacrorum Mysteriorum tuorum vitam habeam et abundantius habeam. Amen.

DIES XXXI.

POST MISSAM.

Adoratio.

Ave verum Corpus, natum de Maria Virgine : vere passum, immolatum in cruce pro homine : cuius latus perforatum unda fluxit cum sanguine. Esto nobis prægustatum mortis in examine. O Jesu dulcis ! o Jesu pie ! o Jesu, Fili Mariæ.

Pli ad Jesum affectus.

Mirantur, bone Jesu, creature omnes te in purissimum Mariæ, Matris tue, uterum descendisse, cum tamen illa integerrima ac gratia refertissima fuerit. An non mirari magis debeo, quod volueris ad me divertere, a me attractari, a me recipi, a me paupere, nudo, misero et vere miserabili ? Tunc, Domine, Sanctus Sanctorum, in me manere dignatus es, qui sum soror peccatorum ? Itane voluisti honorare me, qui tamdiu vas fui immundum, ut flerem templum tuum, tabernaculum tuum, et quasi theca sacrarum Reliquiarum Corporis et Sanguinis tui, quæ longe omnes Sanctorum reliquias excedunt ? Benedicant te omnes Angeli tui pro tanta in me dignatione. Effice ergo, ut taliter a te honoratus, non amplius mihi sed tibi vivam. Da mihi, dulcissime Jesu, præsentia tua effectus persentire. Memini benedictionum, quibus cumulasti eos, qui te aliquando in domum suam exceperunt. Maria, Mater tua, ubi te in suum recepit uterum, omnibus gratiæ donis repleta est. Zachæo Publicano, cuius usus es hospitio, salus a Deo facta est. Simul atque, obita pro nobis morte, in lymphum

descendisti, illum in paradisum quemdam commutasti. Domum Obedem et omnia ejus propter Arcam Testamenti large benedixisti. Benedic quoque domum cordis mei, in quam ingressus es! Eam, queso, in paradisum converte, et tuo Sancto imple Spiritu. Olim omnis turba quererat te tangere, quia virtus de te exibat et sanabat omnes. Ecce ego te jam non tegeri tantum, sed in me quoque recepi: exeat itaque, queso, a te virtus illa divina, quae sanet animam meam, curet omnem ejus languorem, et novas ei addat vires, ad serviendum tibi omnibus diebus in sanctitate et justitia.

Oratio ex Liturgia S. Basillii.

Deus noster, Deus salvans, tu nos doce digna gratias agere tibi pro benefactis que fecisti et facis nobiscum: tu es Deus noster, qui accepisti munera ista, munda nos ab iniunctate carnis et spiritus, et doce nos perficere sanctificationem in timore tuo; ut in testimonio mundæ conscientiae suscipientes portionem sanctificationis tuæ, coadunemur sancto Corpori et Sanguini Christi tui, et habeamus semper Christum habitantem in cordibus nostris. Efficiamur quoque per hoc templum tui Sancti Spiritus, et da nobis usque ad novissimum halitum digne suscipere spem sanctificationum tuarum in Viatum vitæ æternæ, in excusationem acceptabilem ante terrible tribunal Christi tui, ut et nos cum omnibus Sanctis tuis, qui a seculo tibi placuerunt, fiamus participes æternorum bonorum, quæ preparasti diligentibus te, Domine.

Anima Christi, etc. pag. 45

Obsecratio pro peccatoribus

Memento, Domine Deus, Filium tuum, Jesum Christum, pro salute nostra atrocissimam subiisse mortem. Noli ergo permettere, ut peccatores in suis iniuriantibus perseverent; sed precibus Sanctorum tuorum et Sanctissimæ Ecclesiæ, Filii tui Sponse, placatus, recordare misericordiæ tuæ; et oblitus inobedientiæ et prævaricationis eorum, effice ut et ipsi tandem ex toto corde convertantur ad eum, quem misisti, Dominum nostrum Jesum Christum, per quem salvati et liberati sumus; cui sit gloria per infinita sæcula sæculorum. Amen.


Oratio ad B. M. V.

O Maria Sanctorum omnium Regina; ad quam in cunctis tribulationibus nobis patet refugium, benigne me respicere digneris; ut qui tam frequenter Sanctissimum Corpus et Sanguinem Domini mei Iesu Christi recipio, pretioso hoc cibo confortatus feliciter in gratia perseverem et de virtute in virtute eam, donec tandem, in societate omnium Cœlitum, videam Deum Deorum in Sion. Amen.

Oratio ad Sanctos.

Sancte Angele Custos, Sancte Joseph, Sancti Patroni mei N.N. Sancte N. cuius festum celebramus, omnesque Sancti Dei pro me intercedere dignemini; ut in sancto Dei amore perseverem et semper cresciam, donec eum æternaliter vobiscum amem et collaudem in cœlo. Amen.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



MEDITATIONES
ANTE ET POST MISSAM.

DIES I.

ANNO MCMXCVI

LEON, 21 Diciembre, 1906.

DIES II.

LEON, 22 Diciembre, 1906.

DIES III.

LEON, 23 Diciembre, 1906.

DIES IV.

LEON, 24 Diciembre, 1906.

DIES V.

LEON, 25 Diciembre, 1906.

DIES VI.

LEON, 26 Diciembre, 1906.

DIES VII.

LEON, 27 Diciembre, 1906.

DIES I.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Sacrificium.*

Punctum I.

Considera, Eucharistiam esse verum et solum Legis Novæ *Sacrificium*, a Malachia Propheta prædictum, (Malachiæ 1. 11.) hujusque *Sacrificii* Sacerdotem simul et victimam, esse JESUM CHRISTUM Dominum nostrum; cui cum non sufficeret, se ipsum pro nobis in Cruce immolasse, nunc quoque eamdem sui ipsius immolationem in Altaribus nostris continuat, et nos in hujus *Sacrificii* elegit Ministros. O Honorem nobis quidem, qui ad aras tam Sancti Pontificis vice fungimur! an illo digni sumus? o amorem quoque JESU, qui se quotidie pro nobis sacrificat! an etiam parati sumus, pro JESU nos ipsos offerre in *Sacrificium*? Eja! ad Altare accedamus, sic animo dispositi, ut cum S. Apostolo Thoma exclamare possimus: *Eamus et nos, ut moriamur cum eo.* (Joan. 11. 16.)

Punctum II.

Considera JESUM in S. Missæ *Sacrificio* sese offerre totum et integrum; id est, non solum Corpus suum naturale, in B. V. Mariæ utero formatum; verum etiam mysticum, quod est Ecclesia, cuius cum membris sis, et tu proinde una cum ipso sacrificaris et immolaris, si modo in ipso maneas, et ipse in te: *Manete in me, et ego in vobis* (Joan. 15. 4.) Vide, quam habeas cum JESU unionem, ut cum illo simul immoleris. Ah! quanta a spiritu et affectionibus JESU



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE INVESTIGACIONES

in te discrepantia! confer te cum JESU ; expende,
quis ipse, quis tu sis, ut confundaris ; internis ejus
dispositionibus tuas rede conformes, ut fias dignus,
qui cum ipso offeraris.

DIES I.

POST MISSAM

Jesus, in Eucharistia, Sacramentum.

Punctum I.

Considera, Eucharistiam verum esse *Sacramentum*,
quoniam sub Panis Vinique speciebus vere continen-
tur Corpus, Sanguis, Anima et Divinitas JESU, quem
jam sub S. Missæ Sacrificio suscepisti. *Credis hoc?*
(Joan. 11. 26.) Qui ergo fit, ut vix JESU CHRISTI
præsentia movearis? Jacob horrore totus percellitur,
ubi Deum vidit in somnio: Salomon, totus in admir-
ationem rapitur, recogitans, immensam Dei Maje-
statem dignari habitare in Templo, quod ipsi redi-
ficarat. O quantum oporteret esse tuum religionis et
devotionis affectum hoc ipso momento, quo Deum
tuum substantialiter possides! igitur, quam potes
maximos honores infinitæ ejus Majestati exhibe, et
te coram illa humilia profundissime.

Punctum II.

Considera, te, hoc *Sacramentum* suscipiendo, sus-
cepisse illud ipsum JESU Corpus, quod ex purissimo
B. V. Mariæ Sanguine a Spiritu Sancto fuit forma-
tum; quod tot, tantaque patravit miracula; tot,
tantasque pro nobis tulit ærumnas, et modo glorio-

sum sedet ad dexteram Dei; illum ipsum JESU San-
guinem, qui primo in Circumcisione, postremo in
Ara Crucis ad ultimam usque guttulam fuit effu-
sus; illam ipsam JESU animam, quæ a primo Incar-
nationis instanti, gratiis virtutibusque fuit cumula-
ta; quæ ad limbos descendit, quæque se dein glorio-
so et immortale suo Corpori iterato conjunxit; illam
ipsam denique JESU Divinitatem, quæ creavit cœlum
et terram. o Bonum ineffabile sic totum JESUM pos-
sidere! ægri, quos Evangelium memorat, felices se
estimabant, quod sibi licet JESUM videre in trans-
itu, vestimenti ejus tangere fimbriam, manuum
ejus sentire impositionem, et vel uno ejus honorari
aspectu: ego vero totum ipsum in corde gesto!
*Benedic, anima mea, Domino, et omnia, quæ intra me
sunt, Nominis Sancto ejus* (Psalm. 102 l.) o Sacrum
JESU Corpus, te adoro. O pretiose JESU Sanguis in te
confido. O sanctissima JESU Anima! me tecum unio.
o Augustissima JESU Divinitas! me tibi subjicio.

DIES II.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Figura.

Punctum I.

Considera, hoc *Sacramentum* esse compendium et
complementum omnium antiquarum figurarum; puta, Arboris Vitæ in Paradiso terrestri; Panum Pro-
positionis in templo; Mannæ in deserto; Agni Pa-
schalis, et Arcæ Testamenti; illudque omnes istarum
figurarum fines in animabus nostris complere.
Vere nobis in hoc Mysterio *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus.*

(Psalm. 110. 4.) Compara reverentiam, quæ figuris hisce exhibebatur, cum ea, quam veritati ipsi exhibes. Quam lex puritatem non exigebat a Sacerdotibus, ipsoque populo, dum ad umbras illas et infirma imperfectaque signa, cultus gratia, accedebant! at, quanto major exigitur ad recipiendam veritatem, quæ umbras illas et signa omnia infinite transcedit? *Amplius lava me ab iniustitate mea, et a peccato meo munda me.* (Psalm. 50. 3.)

Punctum II.

Considera, hoc Sacramentum insuper figuram esse et commemorationem Mortis JESU CHRISTI, secundum hoc, quod ipse Apostolis suis, et in Apostolis, Sacerdotibus omnibus dixit: *Hoc facite in meam commemorationem* (Luc. 22. 19.) Ideoque nullam esse celebratui Sacerdotis vestem, nullam Missæ ceremoniam, quæ non aliquam Passionis Domini circumstantiam reppresentet. Eodem igitur spiritu ad Altare accedamus, quo JESUS Calvariam moriturus ascendit; eodem mentis affectu Ornamenta sacra induamus, quo tunc JESUS accepit vestimenta, quibus se indui passus est. Ex nostra exteriori agendi ratione pateat, quod interiori mortis JESU memoria simus commoti: *Christo passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini.* (1. Pet. 4. 1.) Præsta, o JESU, ne, dum sacrificando Passionem tuam innovo, innovem unquam crimen, quod tuae Passionis causa fuit; imo vero da, ut *novum fugiter percipiam tuæ redemptoris effectum.* Hanc a te gratiam, mi Deus, cum Ecclesia prostratus imploro.

DIES II.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Veritas.

Punctum I.

Considera, te in Altari JESUM suscepisse in *veritate*; non autem in figura, in qua eum dumtaxat suscipiebant Judæi, dum Agno vescebantur Paschali: nec tantum suscepisse spiritualiter, prout in Communionibus spiritualibus suscipitur; sed realiter, vere, substantialiter; eumdem prorsus, quem Pater in sinu suo ab omni æternitate gignit, quemque B. V. Maria novem mensibus in suo gestavit. *Credo, Domine: adjuva incredulitatem meam.* (Marc. 9. 23.) Sic est, mi JESU, in Altari *ego hodie genui te,* (Psalm. 2. 7.) qui es unigenitus Dei Filius. Felicitatis sanctissimæ tue Matris, cuius venter te portavit, sum factus particeps. Cum ipsa te laudo, glorifico, tibi gratias ago: *Magnificat anima mea Dominum, etc.* (Luc. 1. 46.)

Punctum II.

Considera, te non modo suscepisse JESUM in *veritate*, etalem, qualis olim in terra fuit, et nunc in Cœlo est; sed etiam suscepisse cum omnibus suis perfectiōibus, qualitatibus, virtutibus ac meritis. Hæc serio perpende jam in te hic JESUS habitat, qui Deus est æternus, immensus, infinitus; hic JESUS, qui tuus Creator est, Conservator, Salvator, Jūdex; hic JESUS, qui omnia potest in ordine naturæ, gratiæ et gloriæ; hic JESUS tam mitis, tam humilis, tam patiens, tam benignus; hic JESUS, cujus vel unus actus majoris

fuit meriti, quam omnia Angelorum Sanctorumque omnium opera. *In omnibus diviles facti estis in illo.* (1. Cor. 1. 5.) Quam non exigunt gratiarum actionem tot tantique favores ! pudeat, o anima, tam parum illis profecisse, tam parum respondisse. Ahi ! mi bone JESU, concede, ut Corpus tuum accipiens, tuum quoque accipiam spiritum; et ut sacratissimae tuae Carni, pretiosissimo tuo Sanguini communicans, communicem et tuis meritis tuisque virtutibus, mili tantopere necessariis.

DIES III.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Sacerdos.*

Punctum I.

Considera, JESUM CHRISTUM esse *Sacerdotem* sumnum, aeternum, universalem. *Summus* est, quia in ipso residet omnis tum sanctitatis, tum *potestatis*. Sacerdotum omnium plenitudo, cum ab ipso accipiant quidquid habent virtutis et potentie. *Aeternus* est, quia ejus Sacerdotum sine fine durare debet in Coelis, ubi se aeternum offert et offeret suo Patri. *Universitas* est, quia ipse est, qui agit et loquitur in omnibus Sacerdotibus, dum *Sacro Ministerio* funguntur. *Habentes itaque Sacerdotem magnum super dominum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aspersi corda a conscientia mala.* (Heb. 10. 22.) Agnoscō te, o JESU, summum meum *Sacerdotem*; participem me fac gratis et sanctitatis tui *Sacerdotii*, ut dignē sacra celebrem Mysteria.

Punctum II.

Considera, te, qua *Sacerdos* es, JESU CHRISTI esse organum et Ministrum, *eius nomine* te agere et lequi, ipsique tam arte esse conjunctum, ut, quodcumque nomine ejus agis et loqueris, tecum id ipse agat et loquatur. Quando baptizas, *hic est qui baptizat*; (Joan. 1. 33.) quando exhortaris, hic est qui exhortatur, *tamquam Deo exhortante per nos*; (2. Cor. 5. 20.) quando celebras *sacrosanctum Missarum Sacrificium*, hic est qui celebrat. Statim ad Altare comparebis, non ut homo mortalis, sed ut alius JESUS CHRISTUS. o Quam tibi hoc est gloriosum ! verum a modo in eo statu es, in quo personam adeo dignam digne repreſentes ? JESU potestatem habes, sed num ejus quoque habes *virtutes*, *sanctitatem*, *humilitatem*, *mortificationem* ? Nonne *Sacerdos* es, mundo, sensibus, commodis adductus ? Talis si sis, quo pergis adeo dissimilis ipsi JESU ? Exue veterem hominem, et novum indu : *Induimini Dominum JESUM CHRISTUM.* (Rom. 13, 14.)

DIES III.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Victima.*

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia Celesti suo Patri continuo se offerre, *tamquam generalem omnium hominum, Victimam*, ad ipsi, eorum nomine, debitos tribuendum honores, et divinæ satisfaciendum Ju-

stitiae pro peccatis, quæ admiserunt : etiam dum cor tuum, in quo moratur modo, illi Altare est, in quo suum offert Sacrificium ; ita ut dicere cum Propheta possis : *Ayud me Oratio Deo ritæ meæ.* (Psalm. 41. 9.) Magne Deus ! non sum, fateor, ex me sufficiens, qui te digne glorificem, qui te mihi propitium reddam ; sed, *respice in faciem CHRISTI tui* (Psalm. 83. 10). Offero tibi ejus sanguinem et vitam, et, quoad possum, infinitis ejus me unio meritis.

Punctum II.

Considera, si olim ii, qui idolothyta comedebant, cultus Idolorum participes erant, teste Apostolo, et saepè daemoniorum flebant mancipia ; quanto sit sequius, ut qui manducas Victimam viventem, sanctam et Deo acceptam, ejus animeris et implearis spiritu, quod quidem proprie est de Altari participare, dicente Domino : *Qui manducat me, et ipse vivet propter me.* (Joan. 6. 58.) o Mi JESU ! gratiam mihi largire, qua spiritui mundi mortuus, spiritu tuo vivam.

DIES IV.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Sacrificium holocausti.*

Punctum I.

Considera, cum omnia legis veteris sacrificia, Deum, ut par erat, honorando nequaquam sufficrent, JESUM in Lege Nova instituisse Eucharistia *Sacrificium*, quod, cum sit pretii infiniti, pro nobis condignum Deo defert honorem : ipsumque hoc

pacto, debiti nostri solvendi impotentiam abunde supplere : *Hostias, et oblationes, et holocausta noluisti, nec placita sunt tibi ; tunc dixi : ecce venio.* (Heb. 10, 8. et 9.). O admirabilem JESU Sapientiam, qua efficacissimum reperit remedium, ut meritum Deo cultum adorationemque perfecte exhiberemus ! ejus igitur intentioni, quam in hujus *Sacrificii* institutione habuit, conjungamus et nostram, atque hoc *Sacrificium* offeramus ad adorandum cum ipso Patrem in spiritu et veritate. Tales querit, qui adorent eum (Joan. 4. 23.) o JESU ! renuntio omnibus, quæ tibi displicant ; in me veni, ut mearum adoracionum, petitionum, gratiarum actionum, satisfactionum indignitatem et insufficientiam suppleas, et meos omnes repares defectus : plurimum namque, eheu ! defui innumeris meis erga Deum debitibus obsequiis.

Punctum II.

Considera, sicut in *holocausti* *Sacrificio* tota victima flammis consumebatur, ad testandum supremum Dei in creaturas dominium ; ita JESUM, ex singulari erga nos charitate, semetipsum in Consecratione et Communione destruere et exinanire, ad honorandam Patris sui omnipotentiam, ac immensam Majestatem. *Holocaustum* hoc oblaturus, animi tui dispositiones examina : sunt ne JESUS dispositionibus similes ? An cum ipso te totum immolare paratus es ? Nihilne in mundo est, quod te sibi affixum teneat ? Non consanguinei, familiares, honores, voluptates, commoda ? Non etiam tuæ naturædotes, tua sanitas, tua fama, tua vita, proprius tui amor ? Nihil, divine JESU ! omnia abdio, ut tecum immoler : *Suscipe me secundum eloquium tuum et vivam ; et non confundas me ab expectatione mea* (Psalm. 118. 116.)

DIES IV.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Sacrificium gratiarum actionis.*

Punctum I.

Considera, homines, qui a Deo innumeros favores tam internos, quam externos, ex ejus infinito erga illos amore profuentes, momentis singulis accipiunt, gratiis ipsi rependendis inde sinenter occupari debere : sed, cum ob naturae infirmitatem id assidue praestare nequeant, vult Jesus in Eucharistia supplerre illorum defectum, et pro illis Deo Patri suo continuas *agere gratias*, prout eternam propinobis agit. O quam haec Jesu gratiae sanctae sunt ! quam Deo Patri acceptae ! felicem me, cuius tam strictam obligationem per semetipsum exsolvare dignatur Jesus ! quomodo enim, mihi Deus, tuis, tot et tantis, in me meritis unquam respondere possim ! Quae tibi, pro illis retribuere munera ? tibi qui *Bonorum meorum non eges*, (Psalm. 15. 2) et qui, quaecumque possideo, mihi es largitus ? Placeant ergo tibi grates, quas tibi pro me Jesus refert ; has tibi offero, et quantum possum, me his unitum desidero.

Punctum II.

Considera, quam sis Jesus obstrictus, pro eo quod tibi modum subministraverit, quo Deo, pro collatis tibi ab ipso favoribus, gratus existas ; usque adeo, ut, dum ipsi suum Filium offers non modo tuo hoc munere exæques, sed etiam superes quæcumque tibi munera contulit. Is ipse enim Filius, omnis boni origo est, bonum summum, bonum per essentiam,

bonum universale ; et quidquid boni, præter ipsum dare tibi potest Deus nil nisi distillatio quædam est, ab hoc infinite fecundo bonitatis fonte emanans. o Qualis haec tibi consolatio ! vide igitur, ut semper de illa *gratias agas Deo, et Patri per JESUM CHRISTUM*, (Coloss. 3. 17.) sicut et novis favoribus te dignum efficias. Hoc te monet Ecclesia in *Prefatione*, quam quotidie, utinam satis attente, recitas : *Vere dignum et justum est, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterni Deus, per CHRISTUM Dominum nostrum.*

DIES V.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Sacrificium Propitiationis.*

Punctum I.

Considera, quandoquidem tota natura humana satisfacere non poterat pro uno dumtaxat peccato, JESUM, ut nobis peccatorum veniam mereretur, et Deo Patri satisfaceret, esse Hominem factum et in Cruce mortuum, ac pre nimia bonitate in Eucharistia presentem se constituisse, ut nobis applicaret suæ satisfactionis effectum : quapropter, etiam statuit Ecclesia, ut in hoc Mysterio de ipso dicamus : *Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi.* (Joan. 1. 29.) Proh ! quanto id nobis solatio est, toties offerre Sacrificium, quod vim habet nostra tollendi peccata ; nostra, inquam eaque innumera ; cum et plurima jam pataverimus, et plurima patremus indies, et plurimis, donec vixerimus, patrandis simus obnoxii. O Jesus ! tibi me sisto gravibus inquinatum peccatis ; *Miserere mei, secundum magnam misericordiam tuam,*

(Psalm. 50. 1.) et per pretiosissimi Sanguinis tui virtutem omnes vitæ meæ iniurias dele. An modo re ipsa eas deleveris, quid scio? Illas equidem, tui solius amore, ex toto corde detestor: *Cor contritum et humiliatum Deus, uti promisisti, non despicias.* (Palm. 50. 18.)

Punctum II.

Considera, JESUM prævidentem, semper in mundo futuros homines, qui Deum offendenter, sese stitisse in Eucharistia, tamquam hostiam propitiationis, ad assidue a Patre suo omnium offensarum, quas committerent, veniam petendam, et ad pacandam justam ipsius adversus illos iracundiam. *Ipse, inquit S. Evangelista Joannes, est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* (IJoan. 2. 2.) Fuitne ulla umquam charitas extensior charitate JESU? Offergo Deo hanc propitiationis hostiam, non pro tuis solum, sed etiam pro totius populi christiani, et illorum, quos noveris Deum gravius offendere, delictis. Ex officio tibi incumbit, plorare inter Vestibulum et Altare, et dicere: *Parce, Domine, parce populo tuo.* (Joel. 2. 17.)

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE MEXICO
DIES V.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Sacrificium impetracionis.

Punctum I.

Considera, cum homines propter peccata sua indigni essent ullius apud Deum gratie demerenda, JESUM sese in Eucharistia constituisse, ut pro iis a

Deo omnes omnino impetraret gratias quarum tam corpori quam animæ, tum pro tempore, tum pro æternitate indigerent; ipsumque pro te, posteaquam sum pseris, idem in tuo corde præstare: *Semper enim est vivens ad interpellandum pro nobis.* (Heb. 7. 25.) o dignum intercessorem! per ipsum omnia, sine ipso nihil valemus, ne quidem vel minimam a Deo exorare favorem. Mi JESU! gratias tibi habeo, quod mihi apud Patrem tuum advocatus esse digneris: mea omnia tibi committo, tuis precibus meas jingo, nec quidquam a Deo postulo, nisi quod pro me postulas, et me postulare docuisti: *Pater, sanctificetur nomen tuum etc.* (Luc. 11.)

Punctum II.

Considera, licet JESUS in Eucharistia pro nobis indesinenter oret, nihilque illi Pater suus Celestis neget umquam, prout JESUS ipse testatur: *Sciebam, quia semper me audis;* (Joan. 11. 42.) nihilominus, ut ejus oratio nobis prospicit, oportere, ut dispositionibus, quibus orat, conformemur, et cum ipso, sicut ipse, oremus. Quam Sancta JESU oratio! quam Deo Patri accepta! quanta ejus mentis collectio! quanta attentione! quantus fervor! quanta devotio! eximium sane tibi, quod orans imiteris, exemplum: *Hoc sentite in vobis, quod et in Christo JESU.* (Phil. 2. 5.) Forte in nomine, et per merita ejus, *Usque modo non petistis quidquam.* Quid mirum si ex hoc interpretationis Sacrificio, toties a te oblate, tam exiguum retuleris fructum? *Petite ergo cum JESU, et quemadmodum JESU petit, et accipietis.* (Joan. 16. 24.)

DIES VI.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Deus noster.*

Punctum I.

Considera, JESUM vere ut *Deum*, proindeque cum omnibus suis infinitis et incomprehensibilibus perfectionibus, Majestate, Omnipotentia, Æternitate, Immensitate, Sanctitate, Sapientia, Bonitate, Patiencia, Justitia, Misericordia præsentem in Eucharistia. o Mi JESU ! in hoc Mysterio *Vere tu es Deus absconditus.* (Isai. 45. 15.) Nequidem hic mihi ut Homo appares, et tamen re ipsa hic et ut Homo es, et *Deus.* Id credo, id confiteor ex toto corde : *Dominus meus, et Deus meus* (Joan. 20. 28.) Ah ! quis ego sum, ut ad te veniam, te offeram, te sumam ?

Punctum II

Considera, *Deum*, quem suscepturus es, Sanctum Sanctorum esse, et ipsammet Sanctitatem, eumque ab his, qui ad se accedunt, magnam puritatem semper exegisse. Attende, quid a Moyse exigat, priusquam ei accessum ad rubrum ardenteum permittat : *Solve, inquit, calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quostas, terra sancta est.* (Exod. 3. 5.) Attende, quid mandet Aaroni ejusque filii, ante quam Tabernaculum ingrediantur, ipsique incensum offerant : vult, ut pedes lavent et manus, (Exod. 30. 19.) illisque si hoc mandatum negligant, mortem minatur. Ah ! Mi Deus ! tu ipse mihi necessariam puritatem tribue, ut ad te appropinquare valeam : *Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis:*

(Psalm. 50. 12.) Namque, *quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu qui solus es?* (Job 14. 4.) Alioqui, si totus fuero quasi aquis nivis et fulserint velut mundissimæ manus meæ, (Job. 9. 30.) tamen sordibus intinctum me invenies.

DIES VI.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Rex noster.*

Punctum I.

Considera, eundem JESUM, qui in SS. Scripturis appellatur *Rex regum et Dominus dominantium*, (Apoc. 19. 16.) nunc residere in tuo corde, instar Regis in suo solio, ubi reverentiam, submissionem, fidelitatem, que a te sibi debentur, expectat. Agnosce JESU, *Regis* tui, auctoritatem et in te Dominium. o JESU ! *Tu es ipse Rex meus, et Deus meus.* (Psalm. 43. 5.) Animæ meæ facultatibus, corporisque potentiis æternum dominare. Quam hoc mihi honorificum, subdi *Regi*, qui in Cœlis sedet ad dexteram Patris : cui data est omnis potestas ; quem Angeli et Sancti omnes adorant ; a quo terræ reges sua habent dia demata ! profecto, tantæ Majestatis *Regi servire, regnare est.* Quam etiam hoc mihi commodum, vivere sub legibus *Regis* tam æqui, tam clementis ; cuius jugum adeo suave est et leve ! o JESU ! in perpetuum mihi eris *Rex* ; tibi inviolabilem juro fidem.

Punctum II.

Considera, quam variis titulis JESU, *Regi* tuo, sis devinctus : te a crudeli dæmonis tyrannide, et infami

peccati servitutem liberavit; in amicitiam suam admisit; suum creavit Ministrum: ad mensam suam quotidie recipit, tibique suam omnem, qua ipsis terra regibus antecellis, credit potestatem, *Sic honorabitur, quicumque voluerit Rex honorare.* (Esth. 6, 9.) Mi JESU, quam Magnificus es Rex! quam benevolus! usque ad Thronum tuum me exaltavisti; ego vicissim, in grati animi testificationem, *Exaltabo te, Deus meus Rex, et benedic Nomi tuo in seculum et in seculum seculi.* (Psalm. 144, 1.)

DIES VII.

ANTE MISSAM

Jesus, in Eucharistia, *Creator Noster.*

Punctum I

Considera, cum Jesus in Eucharistia sit Deus vivus et verus, ipsum consequenter tuum esse *Creator*, qui tibi, cuius nullatenus egebat, existentiam, et quidquid habes, ex mera misericordia est largitus. Ita est, Domine : *Manus tua fecerunt me, et plasma- verunt me totum in circuitu* (Job 10. 8.) *Creator ille omnipotens cor tuum intrare desiderat, in quod su- prenum habet Dominium.* Quanta igitur sollicitudine eorū istud exornare debes, ut in hoc eum digne recipias ? Imo vero, quanto ardore illud ipsi offerre ? Deus meus et *Creator, tuus sum ego.* (Psalm. 118. 94.) *Habitaculum ne dedigneris, quod ipse tibi sedi- ficasti : manum illi admove, et perfice opus tuum,* eique, per peccatum deformato, pristinam formam et nitorem restitue. Domine, creasti me propter te, nec aliud coneupisco quam te : *Sicut in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea !* (Psalm. 62. 2.)

Punctum II.

Considera, ab eodem Jesu, qui te creavit, existentiam tuam et vitam continue conservari, adeo ut, si unico dumtaxat momento cessaret te sustinere, statim in nihilum, unde te extraxit, recideres. Utique Domine, *Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.* (Job 10. 12.) Quantum tibi ob tantum beneficium sum obstrictus! enim vero, quid modo de me foret, si, dum te offendebam, dum ad Altare tuum tam modice devotus, forte etiam male dispositus accedebam, a me recessisses? Itaque me felicem, qui etiamnum subsisto, te offerre ac suscipere paratus! concede mihi, ut ad praeteritas meas negligentias corrigendas, hodie et deinceps majori fervore Altare ascendam. Eheu! fortasse ultimum est Sacrificium, quod a me tibi offerendum restat. *Conserua me, Domine, quoniam speravi in te.* (Psalm. 15. 1.) *et holocausta mediulla offeram tibi.* (Psalm. 65. 14.)

DIES VII.

POST-MESSAGI.

Jesus, in Eucharistia, Redemptor noster.

Punctum I.

Considera, nos per primi hominis inobedientiam factos esse dæmonis et peccati mancipia, mortisque et inferni reos; Deum vero nobis misisse Filium suum, qui nos ex universis hisce malis eriperet; quique, ne quid deesseset suæ in nos gratiae et misericordiæ, adhuc in Eucharistia pergit pro nobis fungi Redemptoris officio: Dedit semeti psum pro nobis, ut

nos redimeret ab omni iniquitate. (Tit. 2. 14.) o Benignissime Redemptor ! quid tibi pro tanto beneficio retribuam ? D'rupisti vincula mea ; tibi sacrificabo hostiam laudis. (Psalm. 115. 7.) Perge, mi JESU, divina Redemptor, perge Redemptionis fructum, quibus egeo, indies me participem efficere : Redime me, miserere mei. (Psalm. 25. 11.)

Punctum II.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

Considera, te, a JESU redemptum, totum illius esse, Non estis vestri. (1 Cor. 6. 19.) Ad JESUM pertinet tamquam hereditas, quam sibi emit pretio magno. Itaque, non licet tibi de tuo labore, de tuis bonis, de tua libertate, de tua vita decernere in JESU præjudicium. At, quoties interim, ex quo a JESU es redemptus, te peccato, mundo, inordinatis animi tui motibus tradidisti ! Vide, quantam ipsi intuleris injuriam : quid ages, ut illi damnum repares ! o Mi JESU ! tibi uni vivam posthac : Nunc magnificabitur CHRISTUS in corpore meo, sive per vitam sive per mortem : mihi enim vivere CHRISTUS est, et mori lucrum. (Phil. 1. 20. et 21.)

DIES VIII.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Legifer noster.

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia eundem esse, qui in mundum venit, figuras et cæremonias Legis Veteris abolitus, et Legem Novam fundatus ; Legem.

gem nempe gratiæ et amoris. Est ergo Dominus Legifer noster. (Isai. 33. 22.) Quantum illi obstricti sumus, quod nos exemerit a præceptorum et cæremoniarum, que Judeos opprimebant, multitudine ? Legem adeo sanctam, adeo facilem hisce substituerit, gratiam illi implendæ nobis meruerit ; atque ad implendam et copiosis promissis, et minis terrificis nos provocare dignetur ? Fatere, quod Nullus ei similis in Legislatoribus (Job 36. 22.) Verum, si Deus, Legem Veterem populo suo traditurus, ab illo requisiverit, ut se sanctificaret, vestimenta sua lavaret, seque triduo ab uxoribus contineret ; quam tibi, Legis ipsum auctorem suscepturo, mentis dispositionem putas afferendam ? Hanc mihi tu ipse, obsecro, largire, mi Deus ; da timorem, amorem, puritatem ; neque per gratiæ tuæ effusionem sanctifica.

Punctum II.

Considera, nostrum Legislatorem JESUM, cum seipsum a Lege, quam nobis imposit, excipere posset, huic se voluisse subjicere, ut suo exemplo et nos doceret omnes rejicere prætextus, quibus utimur, ne Legi subdamur ; et simul damnaret mollementa, ad rigorem ejus eludendum a nobis excogitata : Non veni, inquit, solvere Legem sed adimplere (Matt. 5. 17.) Examina, hinc, Evangeliæ Leges et praxes ; illæ, JESU facta et vitam, perfectam inter hæc et illa reperies conformitatem. Dein, cum tua negligentia sedulitatem JESU, cum tuo tepore ejus fervorem conferens, erubescere, illumque modo accede cum firme proposito, Legem ejus implendi in omnibus : Paratus sum et non sum turbatus ut custodiā Manda tua. (Psalm. 118. 60.)

DIES VIII.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Caput nostrum*.

Punctum I.

ALERE FLAMMAM.

Considera, JESUM esse tuum *Caput* ; Ecclesiam, ejus Corpus; te ipsum, illius membrum; *Ipsum dedit Pater Cœlestis, Caput supra omnem Ecclesiam* (Eph. 1. 22.) Adverte, quam multimode JESUS in Eucharistia *Capitis* munus obeat. Corpus suum, Ecclesiam, gubernat, regit, protegit; spiritum suum suasque gratias in omnia sua membra diffundit, eademque vivificat et sibi unit. Quanta nobis gloria, quantus honor, quod tam Sancti, tamque angusti *Capitis* membra simus, illique eo vinculo juncti, quo membra junguntur corpori! *Membra sumus corporis ejus de carne ejus et de ossibus ejus* (Eph. 5. 30.) inquit Apostolus. Et: *Estis in illo repleti qui est Caput omnis Principatus et Potestatis.* (Coloss. 2. 10.) o JESU, *Caput meum!* tuo me Spiritu fove, gratiaque tua et sanctitate in omnes animæ meæ potentias influe!

Punctum II.

Considera, quid JESU, qua *Capiti* tuo, debebas; nimurum, honorare ipsum et amare, ipsi adhærere, ipsius vivere spiritu, ipsi obedire in omnibus. Expende, quomodo debitissimis istis satisficeris. Heu! quantum hic habes, quod tibi exprobres! quam sp̄e *Caput* illud adorandum dehonestaſt! quam cum ipso egisti frigide! quam ejus es adversatus spiritui et

mandatis! tandem prævaricationes illas repara. Adoro te, mi JESU, ut *Caput meum*; ex toto corde te amo; tibi me, quantum possum, unio, solo tuo spiritu vivere, et in omnibus tibi parere desiderans: *Paratum cor meum, Deus; paratum cor meum.* (Psalm. 56. 8.)

DIES IX.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Pater noster*.

Punctum I.

Considera Patris æterni charitatem, qua nobis unicūm Filium suum dedit *Pastorem*, qui nos ab hostiū liberaret furore, nos defenderet contra eorum incursus, nos quæreret, duceret, pasceret. Admirare, quam amanter JESUS in Eucharistia agat boni *Pastoris* partes; nos quærerit, paratus vitam profundere, animamque suam dare pro nobis. Quomodo tu erga eum es effectus? Quam rebellis, quam infidelis inveniris! fateor, divine *Pastor*, Erravi sicut ovis quæ periit: quare servum tuum. (Psalm. 118, 176). Sub tali tantoque, qui me regit, *Pastore nihil mihi deerit*: in Ecclesia sua, quasi in loco pascuæ me collocavit. (Psalm. 22. 1.) *Introibo ad Altare,* (Psalm. 42. 4.) illie fertilem illam inveniam pascuam. Concede, bone JESU, ut mihi prospicit, ut ea enutriar, et in eam ferar nova indies fame, novo ardore.

Punctum II.

Considera, bonum *Pastorem* suas cognoscere oves: *Cognosco meas;* (Joan. 10. 14.) atque adeo *Pastorem* tuum JESUM melius te cognoscere, quam te tu ipse

cognoscas. Hoc ipso momento, quo ad Altare introire cogitas, videt abscondita cordis tui, tua consilia, intentiones, cogitationes, desideria, tuam omnem dispositionem; time ne te multorum defectuum, ad quos minime attendis, nocentem deprehendat. Ah! mi JESU! detecto quidquid in me culpæ reperis: *Ab occulis meis munda in.* (Psalm. 18. 13.) Cæterum excede, an, sicut te Jesus cognoscit, ita tu quoque JESUM cognoscas; nam oves ejus eum cognoscunt: *Cognoscunt me moæ.* (Joan. 10. 14.) Nonne exprobrare tibi jure posset, quod, a quo tempore Sacerdos factus es, et cum ipso versaris frequentius, nunquam ipsum probe cognoveris? Quod si talem, qualis est, ipsum cognoscas, tuas illi cognitioni dispositiones accommoda; secundum cognitionem illam tegere.

DIES IX.

POST MISSAM

Jesus, in Eucharistia, *Pater noster.*

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia vere esse nostrum Patrem, quandoquidem, postquam nos ex latere suo, in Cruce transfixo, veluti mater ex utero genuerat, ab alio, quam a se ipso, nutriti non noluit, hunc in finem nobis præbens proprium suum Corpus et Sanguinem; prout et tibi mox præbuit, ut sint animæ tue spirituale alimentum, et in ipsa vitam gratiae conservent et angeant. O Charitatem plane paternam! an unquam Pater extitit melior, et nostro dignior amore? Patres nostri secundum carnem, semel dumtaxat nobis dederunt vitam, eamque morta-

lem, et miseriis infinitis obnoxiam; JESUS autem nobis dat vitam corporis et animæ, et nos proprio suo Corpore pascit. Agnosce itaque cum Prophetæ, ipsum in te genuini Patris offici teneritudine, et verba sequentia, solatii plena, tibi dici existima: *Fili, tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt.* (Luc. 15. 31). Num Patri tuo JESU dicens tantumdem posses? Utique, dilectissime JESU, et omnia mea tua sunt, et semper tecum esse volo.

Punctum II.

Considera, si Jesus in Eucharistia sit tuus Pater, te ipsi eundem, quem Filius patri, debere honorem, amorem, obedientiam. Te ipsum inspice, an haec ei præstes. Responde ad id, quod ex te queritur per Malachiam Prophetam: *Si Pater ego sum, ubi est honor meus?* (Mal. 1. 6.) Quo zelo gloriam meam curas? Qua diligentia, dum fert occasio, res meas agis? Quæ tua in me fiducia? Quæ meæ voluntati submissio? o JESU! Patrem te meum agnosco, et ut tales, sicut debo, veneror. Quomodo non amarem te, qui in me, quamdiu vixi, tot tantaque contulisti beneficia? Ad mortem usque fidelis tibi esse volo et obsequens.

DIES X.

ANTE MISSAM

Jesus, in Eucharistia, *Sponsus noster,*

Punctum I.

Considera, JESUM titulum *Sponsi nostrarum animarum* sibi ipsi tribuere, et, cum Deus esset infinitæ Majestatis, vili nostræ, humilique naturæ nubere

voluisse ; primum quidem generaliter, per Incarnationis Mysterium ; deinde vero, peculiari modo, per nimiam et numquam satis admirandam erga unumquemque nostrum Charitatem suam in Eucharistia Sacramento, quod idecirco Incarnationis extensio appellatur. *Pece, jamjam ad te ingressurns tibique intime uniendus, Sponsus venit : exite obviam ei* (Matt. 25. 6.) Adinstrar prudenter Evangelii Virginum, ad eum recipiendum te accinge ; et cura, ut sacro ipsius Amore, per ardentes lampades adumbrato, ardeas.

VERITATIS

Punctum II.

Considera hujus divini *Sponsi* qualitates. Est *speciosus forma p̄e filiū hominū.* (Ps. 44. 3.) et *Sponsorum omnium longe tenerrimus, amantissimus, filielissimus, et constantissimus,* secundum hoc Osee Prophetæ : *sponsabo te mihi in sempiternum.* (Os. 2. 19.) Quam tibi cogitationem injiciunt hujusmodi JESU *Sponsi* tui perfectiones ? Numquid cor tibi movent ? Sentisne flagrans quoddam desiderium illi te uniendi ? An solus tibi placet ? Sed, an etiam vicissim tu ipsi places ? Num vel tantillum cor ejus vulneras ? Forte erga ipsum nonnisi indifferenter te habes : forte et ipse te vice-versa fastidit. Ah ! divine mi *Sponse* ! a me procul amove quidquid te offendere potest : unum dumtaxat mihi votum est : tibi nempe placere, æternumque uniri.

DIES X.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Frater noster.*

Punctum I.

Considera, JESUM, dum in Incarnatione naturam assumpsit nostræ similem, *Fratrem nostrum esse effectum* ; hinc a S. Paulo, *Primogenitus in multis Fratribus* (Rom. 8,29.) vocatur. O ! Quæ nobis gloriatio, quod JESUS *Frater noster* sit ; et quidem, si peccatum, ignorantiam et concupiscentiam exceperis, nobis per omnia similis ! factus enim Homo, debuit, dicente eodem Apostolo, *Fratibus p̄e omnia similari*, eorum miseras necessitatesque experiri, ut misericors fieret. (Heb. 2. 17.) Cum ipso igitur, quasi cum Fratre, age ; nec dubita tuas calamitates ipsi aperire ; fiduciam tuam omnem in ipso colloca ; grates ipsi exhibe, quod usque eo sese humiliare dignatus sit, ut se tibi assimilaverit.

Punctum II.

Considera, JESUM præterea modo specialiori *Fratrem nostrum effici in Eucharistia*, ubi nobis se tradit, ut non tantum natura, sed effectibus quoque et cogitationibus ita ipsi evadamus similes, ut cum ipso quodammodo unum simus. O JESU ! in me prodigiosam hanc mutationem perfice, ut cum Apostolo tuo Paulo dicere queam : *Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus.* (Gal. 2. 20.) Profecto, qui JESU spiritum, cor, sensa, desideria habet ; qui de omnibus idem plane, quod JESUS, judicium fert ;

qui amat, quod JESUS amat ; qui facit Dei voluntatem, sicut eam JESUS fecit, is proprius ejus *Frater* est, ipso JESU testante : *Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic Frater meus est.* (Marci 3. 25.)

DIES XI.

ANTE MISSAM.

ALERE FLAMMAM

Jesus, in Eucharistia, *Magister noster.*

Punctum I.

Considera Dei bonitatem, qui, postquam nos per Angelos, Patriarchas et Prophetas erudierat, ad nos proprium suum Filium misit ut is nobis esset *Magister*, Legem divinam nos doceret, et ad ejusdem extimularet observantiam. Quantumcumque tibi videaris instructus, ipsi te siste discipulum, omnis instructionis elegantissimum. Tu, qui Magister esse deberes, utpote qui alias doces, agnosce ignorantiam tuam et tenebras in iis, que ad salutem et perfectiōnem attinent : refuge ad divinum illum *Magistrum*. *Ipsum audite* (Matt. 17. 5.) Ille te, que ignoras, docebit, dummodo ea simplicitate sis, ut ipsi credas : ea submissione, ut ipsi obtemperes. *Loquere Domine ; quia audit servus tuus.* (I. Reg. 3. 9.) *Vias tuas demonstra mihi, et semitas tuas edoce me.* (Ps. 24. 4.)

Punctum II.

Considera, divinum nostrum *Magistrum* JESUM, non contentum verbis nos docere, primum cepisse facere quocumque a nobis fieri volebat : *Capit Jesus facere et docere.* (Act. 1. 1.) Quoad vixit, suos

sermones semper operibus suis confirmavit, pergitque in Eucharistia exempla præbère omnium virtutum, quas nobis exercendas præscripsit. Proh ! quantum ab ejus tua discrepat agendi ratio ! ubi loquendum est, Magistrum agis ; verum an dictis facta respondent ? Egregias ab aliis dispositiones postulas, ut saepius communicent Corpori Domini ; tu vero, qui quotidie celebras, quas ad tam augustam actionem dispositiones affers ? Conscientiam tuam coram Domino scruntare, et tibi meti ipsi dic, quod toutes pœnitentibus, ad te recurrentibus, dicis. Pudet, mi Deus ! tot sanctas videre animas, que ad Altaria tua majori, quam ego, puritate et devotione accedunt, cum tamen illas ex omni parte superare debarem. Noli permittere, ut aliquando tam ex aliorum factis, quam propriis meis verbis a te condemner.

DIES XI.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Salvator noster.*

Punctum I.

Considera, uni Jesu proprium esse *saluatoris* nomen ; et, si ante ipsum alii Salvatores fuerint dicti, sensu valde improprio id illis obtigisse vocabulum : hi, enim studio suo et labore dumtaxat salvarunt, JESUS autem salvavit Sanguinis sui pretio ; hi, certum modo hominum numerum, JESUS, omnes omnino homines : hi, a malis solum temporalibus, JESUS, ab æternis ; hi, tantum illo, quo hic vixerunt, tempore, JESUS, tempore omni, adeo ut salvare neque hactenus destiterit, neque usque ad consummatio-

qui amat, quod JESUS amat ; qui facit Dei voluntatem, sicut eam JESUS fecit, is proprius ejus *Frater* est, ipso JESU testante : *Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic Frater meus est.* (Marci 3. 25.)

DIES XI.

ANTE MISSAM.

ALERE FLAMMAM

Jesus, in Eucharistia, *Magister noster.*

Punctum I.

Considera Dei bonitatem, qui, postquam nos per Angelos, Patriarchas et Prophetas erudierat, ad nos proprium suum Filium misit ut is nobis esset *Magister*, Legem divinam nos doceret, et ad ejusdem extimularet observantiam. Quantumcumque tibi videaris instructus, ipsi te siste discipulum, omnis instructionis elegantissimum. Tu, qui Magister esse deberes, utpote qui alias doces, agnosce ignorantiam tuam et tenebras in iis, que ad salutem et perfectiōnem attinent : refuge ad divinum illum *Magistrum*. *Ipsum audite* (Matt. 17. 5.) Ille te, que ignoras, docebit, dummodo ea simplicitate sis, ut ipsi credas : ea submissione, ut ipsi obtemperes. *Loquere Domine ; quia audit servus tuus.* (I. Reg. 3. 9.) *Vias tuas demonstra mihi, et semitas tuas edoce me.* (Ps. 24. 4.)

Punctum II.

Considera, divinum nostrum *Magistrum* JESUM, non contentum verbis nos docere, primum cepisse facere quodcumque a nobis fieri volebat : *Capit Jesus facere et docere.* (Act. 1. 1.) Quoad vixit, suos

sermones semper operibus suis confirmavit, pergitque in Eucharistia exempla præbère omnium virtutum, quas nobis exercendas præscripsit. Proh ! quantum ab ejus tua discrepat agendi ratio ! ubi loquendum est, Magistrum agis ; verum an dictis facta respondent ? Egregias ab aliis dispositiones postulas, ut saepius communicent Corpori Domini ; tu vero, qui quotidie celebras, quas ad tam augustam actionem dispositiones affers ? Conscientiam tuam coram Domino scruntare, et tibi meti ipsi dic, quod toutes pœnitentibus, ad te recurrentibus, dicis. Pudet, mi Deus ! tot sanctas videre animas, que ad Altaria tua majori, quam ego, puritate et devotione accedunt, cum tamen illas ex omni parte superare debarem. Noli permittere, ut aliquando tam ex aliorum factis, quam propriis meis verbis a te condemner.

DIES XI.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Salvator noster.*

Punctum I.

Considera, uni Jesu proprium esse *saluatoris* nomen ; et, si ante ipsum alii Salvatores fuerint dicti, sensu valde improposito id illis obtigisse vocabulum : hi, enim studio suo et labore dumtaxat salvarunt, JESUS autem salvavit Sanguinis sui pretio ; hi, certum modo hominum numerum, JESUS, omnes omnino homines : hi, a malis solum temporalibus, JESUS, ab æternis ; hi, tantum illo, quo hic vixerunt, tempore, JESUS, tempore omni, adeo ut salvare neque hactenus destiterit, neque usque ad consummatio-

nem sœculi sit destiturus. Itaque nunc potissimum, cum amabilissimum hunc Salvatorem possides, grato amantique animo exclama : *Hic est vere Salvator mundi.* (Joan. 4. 42.) Omnino, mi^{ss}u^r! alium, quam te, Salvatorem non novi ; nec meam ab alio, quam a te. Salutem expecto : *Non est in alio aliquo Salus.* (Act. 4. 12.)

Punctum II.

Considera, tibi, quantumvis per JESUM salvato, etiamnum opus esse, ut pro te *Saluatoris* munus continet ; quia semper habens peccata, quæ deleantur; pugnas, quas sustineas : tentationes, quas metuas : nihil potes, et assidue periclitaris exitio, ni fulcariis divina gratia, quæ per sola hujus *Salvatoris* merita peti debet et impetrari. Magna igitur cum fiducia ejus implora auxilium, et inter tot mala, quæ te undequaque circumstant, ingemiscens exclama : *Dominne, salva nos ; perimus.* (Matt. 8. 25.) In medio mundo, tamquam in procelloso mari, versor : actum est de me, per illi, si vel unico temporis punto me deserueris. Ab infirmitate tua plurimum time, omnia a JESU, *Salvatore* tuo, spera ac propone vitare peccati occasiones.

DIES XII.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Hospes noster.*

Punctum I.

Considera, eundem Deum, qui medius inter Angelos et Sanctos in celis habitat, dignari in corde

tuo, instar *Hospitis* in sua domo, mansionem facere, et mirabundus cum Propheta quære : magne Deus ! *Quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis* (id est, justus, secundum interpretationem divi Augustini) *quoniam visitas eum ?* (Ps. 8. 5.) Non sum nisi pulvis et cinis, portio mea non est alia, quam corruptio et peccatum ; quoniam tamen ita tibi placitum est, obsecro, *Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum.* (Gen. 18. 3)

Punctum II.

Considera, Domum Dei speciatim decere Sanctitudinem, et JESUM sibi semper habitacula munda expetuisse. Elegit sibi casta Virginis sanctissimæ viscera ; in nitido et bene strato cœnaculo Eucharistiam instituit ; post mortem voluit nova sindone involvi, et novo condi Sepulcro. Porro considera, ipsum suos Hospites, puta beatissimam Virginem, Zacheiarie domum, alteram Nuptiarum in Cana, Mariæ Magdalente castellum, et tandem, post suum obitum, Limbos largissime remunerasse. Igitur Hospitis hujus Majestas, tum etiam copiosi favores, quos sua afferat præsentia, te exstiment, ad dignam ipsi præparandam habitationem. Ora, ut ille ipse te iis ornent virtutibus, quæ necessaria sunt ad nitorem tui cordis, quod sibi delegit in Tabernaculum : *Etenim Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam.* (Ps. 126. 1.)

DIES XII.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Vaticum nostrum.*

Punctum I.

Considera, nos in hoc mundo velut peregrinos esse et viatores ; terram nobis exilium et viam ; cœlum patriam nostram et cursus nostri terminum : JESUMque in Eucharistia sese nobis præbere tamquam *Vaticum*, quo in nostra peregrinatione sustentemur, et iter coptum usque ad finem continuemus. Sane, tam potentius præsidio indigebamus ad vires nostras instaurandas. Illud nobis subministravit JESU misericordia, ne absque *Vatico* dimissi, in via deficeremus : Si dimisera eos jejunos, deficerent in via. (Marc. 8. 3.) O JESU mi, o tua in me Charitas ! quomodo condigne te laudem atque glorificem ? Concede propitius, ut mihi prospicit tam salutare remedium. *Vaticum* mihi sto in vita, et in hora mortis : Quoniam ego adveni sum apud te et peregrinus, sicut omnes Patres mei : remitte mihi, ut refrigerarer, priusquam abeam et amplius non e o. (Psalm. 38. 13. et 14.)

Punctum II.

Considera, te, hoc Sacro *Vatico* refectum, teneri novo fervore incedere ; propterea enim tibi datum est. In via perfectionis et salutis pergere debes, numquam gradum sistere, aut alio deflectere, donec ad viæ terminum perveneris ; prout et Elias fecit, qui cum Panem, sibi ab Angelo, Dei jussu, allatum, manducasset, *Ambulavit in fortitudine cibi illius,*

quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, usque ad mortem Dei Horeb. (3. Reg. 19. 8.) Te quidem, qui toties hoc Sacro *Vatico* es roboratus, in semita virtutis jam longe profecisse oportuerat ; et tamen vix eam tenere cepisti. Confundere coram Domino : time, ne te ex improviso nox occupet, et tempus perditum redimere stude.

DIES XIII.

ANTE MISSAM.

Jesu, in Eucharistia, *Medicus noster.*

Punctum I.

Considera JESUM et animarum et corporum nostrorum supremum esse *Medicum*. Morbos nostros apprima novit ; iis condolet ; ad eos curandos in terra venit ; in hoc, dum vixit, totus fuit, ut ægris succurreret ; et, si ad ipsum tanta fiducia, qua quondam infirmi, de quibus meminit Evangelium, recurramus, etiam nunc potens est tollere nostras infirmitates, tam spirituales, quam corporales. Te ergo coram ipso agnosce infirmum, ejus ope quam maxime indigentem. Ah ! JESU ! Ecce, quem amas, infirmatur. (Joan. 11. 3.) Detua, modo velis, me sanandi potentia nequaque dubito. Domine, si vis, potes me mundare. (Matt. 8. 2.) Age itaque, Divine Medice, ad adjuvandum me festina (Ps. 69. 1.) Sana animam meam, quia peccavi tibi. (Psalm. 40. 5.)

Punctum II.

Considera, quod Divinus hic *Medicus* non solum noscat morbos nostros, istosque solo verbo sanandi

voluntatem habeat atque potentiam, verum quod dolores nostros nostrasque infirmitates ipse quoque portaverit : *Vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit.* (Is. 53. 4.) Ut propria sua experientia nosceret medicinam, qua indigemus, illicie efficaciam posset tribuere, ipse tentari voluit, jejunavit, sudavit, fatigatus fuit, tristis factus est et turbatus, imo passus est in omnibus animae sue potentissimis et in cunctis corporis sui membris. O *Medice misericordissime!* Quis umquam vidi tibi similem? Quis magis idoneus, ut nostris compati possit infirmitatibus, cum ipse, peccato excepto, cunctas nostras miserias fueris expertus? *Tentatum per omnia pro similitudine absque peccato.* (Heb. 4. 15.) Quid efficacius, o Sacerdos, fidem tuam excitare poterit? Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. (Heb. ibid.)

DIES XIII.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Medicina nostra.*

Punctum 1.

Considera JESUM in Eucharistia non solum esse animarum et corporum nostrorum summum Medicum, verum etiam seipsum in hoc Sacramento nobis dare, ut sit cunctis infirmitatibus nostris *Medicina.* Non minorem nunc quam olim habet virtutem; si tunc absens sicut et praesens aegrotos sanabat, quid nunc in te efficere non poterit, dum ipsum in corde tuo presentem possides? *Benedic, anima mea, Domino, qui sanat omnes infirmitates tuas.* (Ps. 102. 3.)

Quomodo igitur tot adhuc subjaceo infirmitatibus, qui toties hanc sumpsi *Medicinam?* Defectus non est in *Medicina*, summa est, efficax, universalis, infinitas alias sanat infirmitates. Culpa itaque, confiteor coram te, mi Deus, in me est. Da mihi gratiam, ut omnem meam in hac divina *Medicina* fiduciam collocem.

Punctum II.

Considera, quales esse debeant tuae dispositiones, ut *Medicina* haec in te operari valeat. 1º Oportet, ut sincere velis sanari. *Vis sanus fieri?* (Joh 5. 6.) Num cuncta facere, cuncta moliri, cuncta pati, cuncta vis sacrificare, ut sanari possis a tua superbia, a tua iracundia, a tua avaritia, a tua sensualitate? Sine hac dispositione inutilis porro tibi erit haec celestis *Medicina.* 2º Necessere est, ut firmiter credas, quod sumpta *Medicina* sanare te possit! haec ipsa est dispositio, que infirmis, quos Evangelium citat, sanitatem reddidit; uti patet ex scriptis ibidem a fide petitia sanationis causa: *Fides tua te salutem fecit.* (Matt. 9. 22.) Denique necesse est, ut nullus in te sit obex, id est, nullum saltem peccatum mortale, quo impeditur *Medicina* effectus. Has dispositiones assume, et, ne tibi tam prestans *Medicina* in toxicum vertatur, Deum ora, ut ipsem ad vulnera tua illam applicare dignetur.

DIES XIV.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Consiliarius noster.

Punctum I.

Considera, JESUM a Propheta *Isaia* *Consiliarium* vocari, et re ipsa nostrum esse in Eucharistia. Si quondam Judgei, in minimis etiam dubiis, consulebant Deum ante Arcam Fœderis, quæ divinæ præsentiae diu taxit symbolum erat; quanto magis oportet, ut nos JESUM consulamus in Eucharistia, ubi vere et substantialiter est præsens. Ejus sane consilio tum nobis, tum aliis egemus plurimum in variis casibus, qui subinde recurrunt. Quotquot in Ministerio nostro committimus errores, ex eo proveniunt, quod Dominum non satis consultemus. Hunc igitur *Consiliarium* ad ieo nec fideliorum invenies, nec sapientiorem, nec prudentiorem, nec rebus tuis addictiorem. Ipse est omnium bonorum consiliorum fons et auctor: *Ego sapientia, inquit, habeo in consilio et eruditis intersum cogitationibus. Meum est consilium et aquila, mea est prudentia* (Prov. 8. 12. et 14.) o Jesu! in dubiis meis ad te refugiam: esto mihi *Consiliarius*.

Punctum II.

Considera, Divinum illum *Consiliarium*, ut consiliorum snorum nos faciat particeps, duo a nobis exigere, docilitatem nempe, et fidelitatem. Incipe igitur tua deponere præjudicia, privatis tuis sensis et studiis renuntiare propriam tuam abdicare voluntatem, omnemque humanam prudentiam exuere ut

solius JESU audias et sequaris consilia. Hunc in filium suppliciter cum Salomone ora: *Domine Deus, ego sum puer parvulus, et ignorans egressum et introitum meum; et servus tuus in medio est populi, quem elegisti, dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, et discernere inter bonum et malum.* (3. Reg. 3.)

DIES XIV.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Amicus noster.

Punctum I.

Considera JESUM in Eucharistia modo prorsus sensibili declarare, se vere nostrum *Amicum* esse: quandoquidem in illa cum nobis agit adeo familiariter, ut quidquid habet, et quidquid est, nobiscum communicit, omnes nostras necessitates inspiciat et sublevet; non solum ad nos veniat, verum etiam in nos introeat; denique tam intime se nobis conjungat, ut quodammodo quid unum cum ipso efficiamur. Vehementer exulta, quod dignus sis, qui JESUM, verissimum *Amicum* tuum, totum possideas: ipsi, ut amicorum optimo, tua deprole concilia, miseras detege, omnia revela, nihil cela: necessariam tibi consolationem apud ipsum repieres. Dic cum Cantorum Sponsa: *Dilectus meus mihi, et ego illi.* (Cant. 2. 16.)

Punctum II.

Considera, JESUM Amicum esse, ab amicis aliis omnino diversum. Amico sincero, fido, stabili, a propriis commodis alieno nihil est rarius, propria tua experientia indice. An talem umquam amicum in mundo invenisti? Nonne plerique amici falsi sunt? Nonne in speciem dumtaxat et verbo tenus diligunt? Vitiis nostris blandiuntur et addunt fomitem. Tamdiu tantum nos colunt, quamdiu eis honori et utilitati esse possumus. Temporis et fortunæ cedunt vicissitudinibus, ambientes scilicet nostram amicitiam, cum in prosperis: vitantes autem, cum in adversis sumus. Curigit erga tales afficeris? Quidni JESUM tibi solum et unicum Amicum habere cupias? An tibi, in illas angustias redacto, umquam defuit? Num perfectior ipso inveniri potest? o JESU! te unum posthac amare, tibi uni confidere statuo: *Inveni quem diligit anima mea; tenui eum nec dimittam.* (Cant. 3. 4.)

DIES XV.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Itineris Dux noster.

Punctum I.

Considera, JESUM e coeli in terras descendisse, ut in vita nostra itineris Dux nobis esset, atque nunc quoque in Eucharistia Dux nostri officium implere. Ante nos viam coeli emensus, hanc certo novit, et tuto proin ducere non potest. O JESU! *Notam fac mihi viam, in qua ambulem.* (Psalm. 142. 8.) Eheu!

vias forte hactenus securus sum fallaces; vias, quæ ducunt ad mortem: quare iterum te iterumque oro: *Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui.* (Psalm. 118. 35)

Punctum II.

Considera, JESUM, qui *Dux* tuus est, etiam esse viam quam tenere debes. Quærebat ex JESU S. Thomas Apostolus: *Domine, quomodo possumus viam scire,* (Joan. 14. 5.) qua nobis incedendum? Cui respondit JESUS: *Ego sum via, nemo venit ad Patrem nisi per me* (Joan. 14. 6.) o Quam hec via sancta est! quam tuta! sed quam parum illam huc usque es secutus! Tua interest, ut hanc viam ineas, et in ea ad mortem usque perseveres. Ad hoc gratiam enixe daga ab ipso JESU, cum non aliud detur medium ad salutem: *Per me st quis introierit, salvabitur.* (Joan. 10. 9.)

DIES XV.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Itineris Comes noster.

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia quodammodo agere itineris nostri *Comitem*: quamvis enim gloriosus sit et immortalis; videtur tamen in Eucharistia viam resumere viatoris, non solum applicando unicuique nostrum singulatum, quidquid generatim pro omnibus operatus, locutus et passus est; verum etiam nobis cohabitando, nos, dum segritudine denti sumus, visitando, dum angustiis pressi, juvan-

do. Nonne maximo tibi ducis honoris, JESUM habere Comitem tui itineris? Ergo meritas ei gratias refer; et, quia tecum habitare ipse dignatur, nihil aequo te, quam cum ipso habitare delectet. Cave, ne te culpa tua deserat: *Ne derelinquas me, Domine Deus meus; ne discesseris a me.* (Ps. 37. 22.)

Punctum II.

Considera, cum velit JESUS *Dux et Comes* noster esse, nos teneri ad ipsum sequendum, ejusdemque fideliter insistendum vestigiis. Quid autem est se- qui JESUM, nisi ipsum imitari? Quid insistere JESU vestigiis, nisi vivere, uti ipse vixit, vel uti viveret, si in eo foret statu, in quo nos sumus? Interim quotidie JESUM, Comitem nostrum, recipimus, ac nihilominus vias carpinus, viis, per quas nos ducere vult, prorsus contrarias. An non hoc est velle deviare, et nobis ipsis illudere? Divinissime JESU! infideliter egi, prateritos ignosce errores; deinceps Sequare te quocunque ieris: (Matt. 8. 19.) Quinimo Domine, tecum paratus sum et in carcерem, et in mortem ire. (Luc. 22. 33.)

DIES XVI.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Mediator noster.*

Punctum I.

Considera, JESUM, qui fuit noster *Mediator* in Cru- ce, nunc quoque *Mediator* nostrum esse in celo sed modo specialiori in Eucharistia. Deus est, aequalis Patri; Homo est aequalis nobis; atque adeo causam

Patris sui et nostram perfecte gerere potest. Quantum nostra refert, novit totam multitudinem et gravitatem nostrarum offendarum; novit omnes nostras necessitates; preces nostras audit. Quantum vero Patris sui Cœlestis interest, ipsi offert satisfactionem condignam, honores tribuit infinitos, et nostras exhibet miseras. o Nos felices, qui talem habemus *Mediatorem* apud Deum infinitæ Majestatis, quem tam enorriter offendimus! Si quis peccaverit, ait S. Evangelista Joannes, *advocatum habemus apud Patrem JESUM CHRISTUM justum.* (1. Joan. 2. 1.) Cum fiducia ad divinum illum *Mediatorem* refuge; et, ut tibi pro sit ejus *mediatio*, tuas ejus uni intentionibus.

Punctum II.

Considera, JESUM, etiamsi solussit *Mediator* Deum inter et homines, quia Patri suo solus reconciliare nos potest; tamen ex singulari gratia voluisse nobis concredere reconciliationis Ministerium, ut suo loco, nomine et meritis, munus *Mediatoris* per nos continaretur; *Dedit nobis Ministerium reconciliationis.* (2. Cor. 5. 18.) Hoc Ministerio fungimur in Sacramento Pœnitentia; potissimum autem in Altari, ubi æterno Patri Filium suum unigenitum JESUM CHRISTUM immolamus. Quam sanctitatem, quem zelum, quam pœnitentiam a nobis non requirit augustum illud *Mediatoris officium?* At, quam procul ab his dispositionibus distamus! Piissime JESU! supple quod mihi ex hac parte deest; Patri tuo me concilia, priusquam de aliis conciliandis cogitem: tua mediatione mihi magis, quam populo opus est; quia graviora mea delicta. Quis alius praeter te mihi illorum impetrat remissionem? Ea igitur delere digneris, ut Sacrificium, quod offerre paratus sum, tibi sit acceptum.

DIES XVI.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Pax nostra.*

Punctum I.

ALERE FLAMMAM.

Considera, JESUM per suam virtutem mundo Eucharistie Sacramentum, quod propterea a sanctis Patribus dicitur *Vinculum Pacis*; cum Deo scilicet, cum proximo, et cum nobismetipsis. Sancta illa Pace nunc frueris: JESUS enim nunc in medio cordis tui eamdem tibi Pax et optat et dat, quam discipulis suis dedit, dum stabat in medio eorum, dicens: *Pax vobis.* (Luc. 24. 36.) An aliiquid in universo terrarum orbe inveniri potest, quod felicem adaequat sortem illius animae, cui Pax est cum Deo? Non est donum eo excellentius; quippe quod, divo Paulo teste, omnem sensum exsuperat. *Pax Dei, qua exsuperat omnem sensum.* (Phil. 4. 7.) De eo lætare, et gratias agere.

Punctum II.

Considera, cum Pax sit donum adeo pretiosum et præstans, tibi totis viribus connitendum esse, ut eam custodias: primo, vitando peccatum: *Non est Pax impus.* (Is. 48. 22.) Secundo, te in omnibus submittendo divinae voluntati: *Quis restitit ei, et Pa- cem habuit?* (Job 9. 4.) Tertio, fideliter ferventerque implendo, quidquid est status tui et conditionis: *Justitia enim, et Pax osculae sunt.* (Ps. 84. 11.) Prædicta Pacis media executioni mandare statue.

Omnino, mi Deus! sic statuo, et pro nulla re mundi, Pacem, quæ mihi tecum intercedit, amittere volo. Firmissime propono, illam, divina tua gratia aspirante, ad extreum usque halitum conservare, quidquid natura inde pati debuerit.

DIES XVII.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *nostrarum actionum Testis.*

Punctum I.

Considera, JESUM quarumlibet hominum actionem esse *Testem*, cum, qua Deus, ubique sit, et, quidquid intra et extra nos agitur, perspiciat: peculiari tamen modo in Eucharistia nostraram actionum est *Testis*; quia quotidie in Templis nostris stamus in ejus conspectu, et præcipuas religiosi debiti nostri coram ipso obimus functiones; quarum longe nobilissima, in sacrosancto Missæ Sacrificio, circa augustinianam ipsius Personam versatur. Quodecumque ergo facimus, et modum, quo facimus, videt. Jam nunc *Testis* est earum, in quibus es, dispositionum. Circa hanc veritatem Actum Fidei elice: *Vicit Do- minus Deus Israel, in cuius conspectu sto.* (3. Reg. 17. 1.) Summe Deus, qui cordis mei arcana intueris, idoneusne tibi videor, qui ad te veniam? An anima mea munda satis? An nihil in ea, quod divinitus displiceat præsentia? Quam juste hic mihi timeo! fac, quæso, cognoscam, quod mihi est occulatum, et detestabor, quod tibi est odiosum.

Punctum II.

Considera, plerosque defectus nostros inde oriri, quia non sat firmiter credimus, quod Deus nos videat et ubique sit praesens; atque idcirco JESUM, modo sensibili sub Sacramentalibus Eucharistiae speciebus, inter nos degere voluisse. Sed heu! numquid, ex quo tempore hoc Mysterium cognoscimus, fidem habemus vividiorem? Numquid attentiores, reverentiores, religiosiores sumus in Templo et ad Altare? o! Quot Ministerii nostri functionibus miscentur immodestiae, irreverentiae, dissipationes? Quis nos Sacra operantes intuens, dicat, nos credere realem JESU CHRISTI in Eucharistia presentiam? Repara tandem, quidquid in hoc sacro Mysterio in JESUM deliquisti, et te dispone ad eum jamjam majori, quam antebac, devotione suscipendum: *Qui timent Dominum, preparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas.* (Eccl. 2. 20.)

DIES XVII.**POST MISSAM.**

Jesus, in Eucharistia, nostrarum actionum Judex.

Punctum I.

Considera, eundem JESUM, qui in fine saeculorum, summa cum Majestate, veniet judicaturus vivos et mortuos, quiue in fine vita nostra, decidet de salute aut damnatione nostra eterna, in Eucharistia, quasi in suo tribunal, residere, ubi quotidie in nos fert sententiam vel gratiae, vel mortis; prout nempe ipsum vel digne, vel indigne sumimus: *Qui*

enim, dicente Apostolo, manducat Corpus Domini, et bibit Iesum Sanguinem in digno, iudicium sibi manducat et bibit. (1. Cor. 11. 29.) Adora JESUM, tamquam tuum in Eucharistia *judicem: ipse est, qui constitutus est a Deo iudex.* (Act. 10. 42.) Honora omnes ipsius, qua *iudicis, perfectiones, potestatem, sapientiam, justitiam; time a iudiciis, que pronuntiavit de omnibus Sacrificeis, que celebrasti a primo die, quo es factus Sacerdos, usque hodie: Totum te ipsi committe. o Mi Deus!* In manibus tuis sortes mœ. (Psalm. 30. 16.) Sortium mearum te constituo arbitrum et ex-nunc omnibus, que de mea vita, morte, eternitate statuisti, me ultra et lubens subjicio.

Punctum II.

Considera, quousque se JESU, tui in Eucharistia *Judicis, extendat Bonitas.* Omnem suæ Majestatis splendorem abscondit, ut tibi liberiorem ad se prebeat accessum, paratus te quolibet tempore audire tuisque favere postulatis. Gratulare tibi tam benignam facili *iudice;* in rem tuam utere hoc gratiae et misericordiae tempore, antequam furoris et vindictæ ejus dies adveniat; dum potes, contendere ipsum flectere: *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* (Psalm. 6. 1.) Corripe me ut Pater, non ut *Judex:* corripe me, ut salves, non ut perdas. *Miserere mei, Domine;* quoniam infirmitas sum (ibid. 2.) Offensas meas, non pro contumeliis divinae Majestati tuæ illatis sed pro infirmitatibus habe: Misericordiam peto; misericordiam praesta: *Deus, propitius esto mihi peccatori.* (Luc. 18. 13.)

DIES XVIII.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Premium nostrum.*

Punctum I.

Considera, *Premium animæ tuae esse inæstimabile:*
Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis,
sed pretioso Sanguine, quasi Agni immaculati. (1. Pet. 1. 18. 19.) Hoc animæ tuae *Premium in Eucharistia* habes. Quanti hoc igitur æstimare te oportet? Quantum JESU causa facere, qui tantum tui causa fecit? Nonne justum est, ut te totum illi consecres? illi soli servias, illum, quæd maxime potes glorifices, et venerabundus portes in tuo corpore? Ita quidem concldit gentium Apostolus: *Empti enim estis pretio magno: glorificate et portate Deum in corpore vestro.* (1. Cor. 6. 20.) Divine JESU! de meo corpore, de mea anima dispone, ut tibi sint pro Tabernaculo et Sanctuario: tibi, quæ tua sunt, offero: *perpetuum in ea exerce dominium.*

Punctum II.

Considera, *Premium, quod JESUS ad nos redimendos persolvit, quantumvis infinitum sit, et solvendis mille mundis plus quam sufficiens, tamen effectum non sortiri nisi in quantum nos ipsi illud nobis applicamus per dignam Sacramentorum frequentationem.* Quantum adhuc egerimus JESU Sanguine purificari? Quid non nobis agendum restat, ut meritum ejus nobis applicemus? Labores et Mors JESU quam paucis prosunt! de hoc ipse JESUS conqueri-

tur per Prophetam suum *Isaiam;* cave, ne in te quadrat: *In vacuum, inquit, laboravi, sine causa et vane fortitudinem meam consumpsi: ergo judicium meum cum Domino, et opus meum cum Deo meo.* (Is. 49. 4.) o Mi JESU! noli permettere, ut mihi tantum *Premium* pereat: quin potius pretiosissimi Sanguinis tui virtute animam meam emunda.

DIES XVIII.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Merces nostra.*

Punctum I.

Considera, eumdem JESUM, qui in cœlo *Merces* est Angelorum Sanctorumque omnium, tuam quoque esse in Eucharistia; sub hac differentia, quod ipsum Beati in cœlo videant facie ad faciem; tu vero Sacramenti velamine obductum duxi at possideas. o Admirabilem JESU bonitatem, qua nobis in Eucharistia, Mercedem nostram per anticipationem tribuit! Miles non coronatur, nisi postquam strenue certaverit: non solvit stipendum operanti, nisi absoluто opere: at nos JESUS, nondum meritos, præveniendo compensat. Exulta, anima mea, et ex gaudio, quo nunc in terris afficeris, metire gaudium, quod postea percipies in cœlis, ubi Deo tuo, quem hic tantum imperfecte sub velamine possides, perfecte frueris: *Quam dilecta Tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit et deficit anima mea in atria Domini* (Ps. 83. 1.) o Mi JESU! da, obsecro, ut te, quem toutes in hac vita suscipio, in altera æternum perfruar. *Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua, et Sancti tui benedicant tibi.* (Ps. 144. 10.)

Punctum II.

Considera quanta sit in nos liberalitas et magnificencia IESU. Se nobis quotidie dat, ut exiguum, quod ejus gratia facimus, abunde remuneret. Si ipsum in hoc Sacramento semel tantum in vita acciperemus, tamen major nostro merito merces foret: hanc autem dat toties, quoties sacrificamus. O! quam nos oportaret in ejus Ministerio esse ferventes, dum interim tam torpidi, tam tepentes sumus, ut vix, quod nostra obligationis est, faciamus! Confundere, anima mea, et in posterum *Da Altissimo, secundum datum ejus, et in bono oculo ad inventionem facito manuum tuarum: quoniam Dominus retribuens est, et septies tantum redit tibi.* (Eccles. 35. 12. et 13.)

DIES XIX.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Vita nostra.*

Punctum 1.

Considera, JESUM in Eucharistia aequo vivere, ac ante in terra vixit, et modo vivit in celo. Cum autem in actione vita consistat, sequitur, ipsum in Eucharistia continue agere. Hinc non cessat ibi pro se et pro nobis, plures Patri suo dare laudes et honores, quam unquam dederint ac daturi sint simul omnes Angeli et Sancti; ibi de nobis cogitat, pro nobis orat, et ultra quam meremur, nos donis suis prævenit, adeo ut dicere idem possit in Eucharistia, quod in vita mortali dixit: *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem* (Joan. 6. 58.) o Quam *Vita IESU* in Eucharistia sancta est! utinam illam aliquatenus saltem

imitemur! non alteram ob causam facti sumus Sacerdotes, quam ut in terris *Vita IESU* in nobis perennet. Ah! mi Iesu, gratiam concede, qua in me destruam quaecumque vitam aliam; vitam scilicet, quæ sensibus, quæ passionibus, quæ natura aut etiam ratione, superbia et amore proprio præoccupata, regitur, ut deinceps non nisi *vita Fidei, et Vita tua Divina vivam.*

Punctum II.

Considera JESUM, qui est *Vita æterna*, quæ, ut loquitur S. Joannes, *Erat apud Patrem, quæque nobis in ejus Humanitate, sub vita mortalis velamento, est manifestata, in Eucharistia esse fontem omnis vitæ gratiae, quæ diffusa est in cordibus nostris: ipsum Vidimus*, inquit idem S. Evangelista, *plenum gratiae et veritatis* (Joan. 1. 14.) Accurre ad exundantem hunc fontem, ut gratia et virtutis *Vita* tibi tantopere necessaria, implearis: in te salutarem esuriem ardenterque sitim illius justitiae exorta, ut ea refocilleris ac satieris: et dic eum muliere Samaritana: *Domine, da mihi hanc aquam ut non sit iam*. (Joan. 4. 15.)

DIES XIX.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Mors nostra.*

Punctum 1.

Considera, JESUM, qui habet Vitam in semetipso manentem, estque nobis in Eucharistia fons Vitæ,

se ipsum, sub hujus Sacramenti inanimatis speciebus, redigesse ad statum Mortis cuiusdam Mysticæ, ut sic Patrem suum honoraret amplius et evidentiora sua erga nos amoris daret testimonia; ita ut jure potiori, quam aliquando S. Paulus, dicere possit: *Quotidie morior.* (1. Cor. 15. 31.) Jamjam pro te in Altari est mortuus; quid illi pro tanto benefacto es retributurus? Si forent tibi mille vitæ, nonne te promptum esse oporteret, ut illas ad unam omnes ipsi impenderes? Saltem paratus esto, tuum in ejus obsequium dare, et, quavis occasione Oblata, exponere ad ejus gloriam, et proximi salutem. o JESU! non sum equidem dignus, qui pro tuo nomine subeam martyrium, quod tot Sancti subierunt; hoc tamen firmissime propono, propter te omnia perpetui, *Desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo.* (Phil. 1. 23.)

Punctum II.

Considera, JESUM sese redigesse ad hunc *Mortis* statum, ut suo exemplo te doceret ita vivere, ac si fores mortuus; id est, sine ulla erga mundum, et sine inordinata erga te ipsum et quaslibet creaturas affectione. Atque hoc pacto, quoties Corpori JESU communicabis, toties annuntiabis ejus *Mortem:* *Quotiescumque enim, ait Apostolus, manducabis panem hunc, Mortem Domini annuntiabis!* (1. Cor. 11. 28.) Verum, quam longe abes ab illo *Mortis* statu, in quo te esse oporteret! In memoriam revoca, quod JESUS olim dixit: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum aferat.* (Joan. 12. 24. et 25.) Fac, o mi JESU! fac, ut mundo moriar et mihi: ut oculos habeam, et non videam; aures habeam, et non audiam; omnes meos sensus immoderatosque animi motus per mortificationem destruam, et sic

tandem configurer statui *Mortis*, quem propter me assumere non es dignatus.

DIES XX.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Cibus noster.*

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia velle nostrum esse *Cibum*, ad vitam divinam, quam accepimus, nutriendam in nobis et conservandam: nam Spiritus Sanctus datus est nobis ut in nobis habitat, et sit vita animæ nostre, quam vitam *Cibus* Eucharisticus in nobis fovere debet et conservare. Ideo Jesus dicit, se venisse, *Ut vitam habeant, et abundantius habeant;* (Joan. 10. 10) Hoc est, se venisse in mundum, ut nobis primam daret vitam, peccata nostra tollendo: et se nunc quoque in nos venire in Eucharistia, ut primam illam vitam conservet et augeat. o Infinitam sapientiam et bonitatem JESU, modo adeo mirabilis anima nostram nutritius in hoc Mysterio! qua cura sacer ille *Cibus* mihi est sumendus! qua puritate! monente Apostolo: *Probat autem seipsum homo, et sic de pane illo edat.* (1. Cor. 11. 28.)

Punctum II.

Considera igitur, divinum hunc *Cibum*, siquidem dignè sumit, stupendos in anima nostra effectus producere: 1^a. Intime nos cum JESU unit, secundum hæc JESU ipsius verba: *Qui manducat meam Carnem, et bibit meum Sanguinem, in me manet, et ego*

in illo: (Joan. 57.) 2º In nobis spiritualem vitam gratiae conservat et auget. 3º Mentis nostrae cupiditates et inordinatos motus coercet et subigit, nobisque rerum divinarum dat gustum. Inspice; an coelestis ille *Cibus* hos omnes effectus sit in te consecutus. Fortasse hactenus nihil ex illo utilitatis percepisti. Si ita est, time ne *Cibum* illum acceperis male dispositus, sine gusto, et cum aliqua ad peccatum adhäsione. Ah! mi Deus! né mihi tantum malum eveniat, da, ut gratia et virtute crescam ad mensuram, qua sacram hunc *Cibum* accipio: eum a te hodie peto tanta aviditate, quanta famelicus alimenta petit: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* (Luc. 11. 3.)

DIES XX.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Gratia nostra.*

Punctum I.

Considera, hanc esse differentiam inter Eucharistiam et reliqua Sacraenta, quod haec quidem gratiam conferant ea rite suscipientibus; illa vero, et *Gratię* conferat, et *Gratiarum* omnium auctorem et plenitudinem, JESUM CHRISTUM Dominum nostrum, verum Deum, verumque hominem, contineat: *In ipso.* inquit S. Paulus, *inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter;* (Col. 2.9.) id est, substantialiter; non autem in figura, vel per solam gratie inhabitationem. Quæ tua modo felicitas, qui *Gratię* auctorem in propria substantia possides! debitum cultum et adorationem illi redde; postula, ut te sanctificet, tibique conferat mensuram *Gratię*, convenientem necessitatum tuarum multitudini, et status tui sanctitati.

alio si sit deus, manus tuas eis cordi luctuani agas. I
Punctum II.

Considera, te, dum acceperisti JESUM, auctorem *Gratię*, acceperisse fontem omnium *Gratiarum*, quibus cumulati fuerunt Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, sancti Sacerdotes et Pénitentes, teque nunc omnes illas *Gratias* in JESU possidere. Quanta bonorum abundantia! quam ineffabiles divitiae! an iis me tam parum profecisse oportuit? Qui fit, ut non habeam Apostolorum zelum, patientiam et fortitudinem Martyrum, fidem Confessorum, puritatem Virginum, pietatem sanctorum Sacerdotum, et sanctorum Pénitentium mortificationem, cum toties omnium illarum virtutum auctorem et fontem recipiam? Ah! Domine, *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* (Psalm. 142. 6.) Padore suffundor, reus sum, Sanctorum tuorum me damnat exemplum: *Gratię* tuae fuerunt fideliiores quam ego, qui tamen eo tuae *Gratię* sum indigentior, quo sum virtutum pauperior: *Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea;* et *labiis exultationis laudabit os meum.* (Psalm. 62. 6.)

DIES XXI.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Refugium nostrum.*

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia esse *Refugium nostrum*: sicut enim Deus *Judeis* in Lege Veteri constituerat civitates *Refugii*, quo se, dum certa commiserant delicta, recipere potuissent, ubi adversus aggressores suos se tutarentur; ita JESUS in No-

va Legi instituit hoc Sacramentum, ut nobis sit in locum *Refugii* contra hostes, qui animam nostram circumdant undique, et illi diu noctuque struunt insidias. Utique, mi JESU, *Tu es Refugium meum a tribulatione, qua circumdedit me* (Psalm. 31. 7.) Igitur, *Esto mihi in Deum protectorem, et in domum Refugii, ut salvum me facias* : (Psalm. 30. 3.) Sine te mundus, caro, dæmon, infensissimi mihi hostes, triumphabunt de mea infirmitate : per te autem et *In te eripiar a tentatione.* (Psalm. 17. 30.)

Punctum II.

Considera, JESUM præterea in hoc Sacramento esse *Refugium* nostrum aduersus justum Patris sui furem : Sanguinis namque sui oblatione assidue pro nobis intercedens, ipsum placat nobisque conciliat : *petra Refugium herinacis.* (Psalm. 103. 18.) Jesus, qui Petra est, etiam *Refugium* est peccatoribus, qui, instar herinaciorum, suis criminibus toti sunt hirsuti. Felices nos, quibus tam tutum *Refugium* est datum ! Ad hoc ergo nos recipiamus ; in JESU nos abscondamus Vulneribus ; neque ad illum reformidemus accedere, quod graves peccatores simus : nos enim benignissime ad se invitati : *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis.* (Matt. 11. 28.) Et vero, ad quem, optime mi JESU, fugiam, nisi ad te ?

DIES XXI.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Spes nostra.

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia esse unicam *Spem nostram*, quia omnium naturæ, gratiæ et gloriæ bonorum fons est ; quia nihil, quam per ejus merita, obtinere valemus ; quia auxiliari nobis et potest et vult ; quia denique se nobis auxiliaturum promisit, et fidelis est in suis promissis. Atque haec prærogative solius JESU sunt, ita ut illas nulla creatura habeat. In quo ergo securius quam in ipso fiduciam tuam reponere potes ? Cur interim in tuo, vel cuiuspiam mortalis hominis brachio confidis ? Quorsum tibi humana Spes tua hucusque profuit ? Quid a mundo, principibus, amicis tuis expectas ? Nonne undequaque deficient ? Profecto, *bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine.* (Psalm. 117. 8.) Itaque, in te uno, mi JESU, fiduciam meam omnem pro tempore, et pro æternitate constituo : in quocumque statu fuero, non in alio, quam in te solo sperabo.

Punctum II.

Considera, JESUM, et si in Eucharistia sit omnis *Spes nostra*, nihilominus velle, ut, quidquid penes nos est, agamus ad promerendum nobis suæ protectionis gratiam. Vult ergo, ut oremus, ut exerceamus bona opera, ut fideliter munia nostra impleamus, et ut, cum fecerimus omnia, quæ præcepta

sunt nobis, dicamus: *Serui inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus.* (Luc. 17. 10.) Alioqui vana nostra Spes est. *Spera in Domino, monet Regius Psaltes, et fac beatitudinem, et inhabita terram, et pascaris in divitias ejus.* (Psalm. 36. 3.) Eja anima mea, IESU gratias age pro omnibus bonis, quibus te hactenus cumulavit; et ab ipso alia, quæ tibi promisit, expecta, statuens, ejus favente gratia, conniti pro viribus, ut illa promerearis.

DIES XXII.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Thesaurus noster.

Punctum I.

Considera, JESUM, in Eucharistia esse vere *Thesaurum illum absconditum in agro Ecclesiae*, de quo apud S. Evangelistam *Maltheum* est sermo: (Matt. 13. 44. etc.) licet enim in hoc Sacramento nihil nisi infirma Panis et Vini elementa intueamur, continet tamen omnes Dei perfectiones, omnes adoranda. Humanitatis JESU virtutes et merita, omnes gratiae divitias, omnia Spiritus Sancti dona. Si de hac veritate tibi intime sit persuasum, nihil est, quod dare non debeas, ut tibi *Thesaurum* adeo pretiosum compareres, ad exemplum illius, qui, prout habet S. Evangelium, *Thesauro invento, vendit universa quæ habet, et emit agrum illum.* Hujusmodi erat dispositio S. Pauli, quando dicebat: *Omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercore, ut Christum lucrifaciam.* (Phil. 3. 8.) Utinam quoque tua sit!

Punctum II.

Considera, quale sit gaudium illius hominis, qui *thesaurum* invenit; quanto ardore hunc auferat; quanta sollicitudine abscondat; quantum vereatur, ne amittat; quantum eo occupetur: *Ubi est Thesaurus tuus, ibi est et cor tuum.* (Matth. 6. 21.) Examina, num in Eucharistia, in qua reconditus est *Thesaurus tuus JESUS*, sit cor tuum; num spiritu JESU plenus sis; num solum JESUM desideres. Eheu! quam es frigidus! quam indifferens! forsitan cor tuum in mundo est, in voluptatibus, in honoribus, in divitias; atque id unum cogitas, ut *thesaurizes* tibi *thesauros*, quos ærugo et tinea demoliri, et fures effondere et furari possunt. Ah! demum sape, solumque *Thesaurum* quare infinitum, *Thesaurum immutabilem, Thesaurum non deficiemem,* (Luc. 12. 33.) qui est JESUS CHRISTUS ipse: cætera omnia nihil fac, et die cum S. Ignatio Martire: *Tantum Christo fruar!*

DIES XXII.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Beatitude nostra.

Punctum I.

Considera, te in sacrosancto Missæ Sacrificio accepisse eundem JESUM, qui in Cœlis cum Patre et S. Spiritu felices facit Angelos et Sanctos; quique Divinitatis sue contemplatione, animas; corpora vero, aspectu sue Humanitatis beat: unde sequitur, te accepisse illum ipsum, qui omnis nostra *Beatitude* est, cum nostræ tum essentialis, tum accidentalis

sunt nobis, dicamus: *Serui inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus.* (Luc. 17. 10.) Alioqui vana nostra Spes est. *Spera in Domino, monet Regius Psaltes, et fac beatitudinem, et inhabita terram, et pascaris in divitias ejus.* (Psalm. 36. 3.) Eja anima mea, IESU gratias age pro omnibus bonis, quibus te hactenus cumulavit; et ab ipso alia, quae tibi promisit, expecta, statuens, ejus favente gratia, conniti pro viribus, ut illa promerearis.

DIES XXII.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Thesaurus noster.

Punctum I.

Considera, JESUM, in Eucharistia esse vere *Thesaurum illum absconditum in agro Ecclesiae*, de quo apud S. Evangelistam *Maltheum* est sermo: (Matt. 13. 44. etc.) licet enim in hoc Sacramento nihil nisi infirma Panis et Vini elementa intueamur, continet tamen omnes Dei perfectiones, omnes adoranda. Humanitatis JESU virtutes et merita, omnes gratiae divitias, omnia Spiritus Sancti dona. Si de hac veritate tibi intime sit persuasum, nihil est, quod dare non debeas, ut tibi *Thesaurum* adeo pretiosum compareres, ad exemplum illius, qui, prout habet S. Evangelium, *Thesauro invento, vendit universa quae habet, et emit agrum illum.* Hujusmodi erat dispositio S. Pauli, quando dicebat: *Omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercore, ut Christum lucrifaciam.* (Phil. 3. 8.) Utinam quoque tua sit!

Punctum II.

Considera, quale sit gaudium illius hominis, qui *thesaurum* invenit; quanto ardore hunc auferat; quanta sollicitudine abscondat; quantum vereatur, ne amittat; quantum eo occupetur: *Ubi est Thesaurus tuus, ibi est et cor tuum.* (Matth. 6. 21.) Examina, num in Eucharistia, in qua reconditus est *Thesaurus tuus JESUS*, sit cor tuum; num spiritu JESU plenus sis; num solum JESUM desideres. Eheu! quam es frigidus! quam indifferens! forsitan cor tuum in mundo est, in voluptatibus, in honoribus, in divitias; atque id unum cogitas, ut *thesaurizes* tibi *thesauros*, quos ærugo et tinea demoliri, et fures effondere et furari possunt. Ah! demum sape, solumque *Thesaurum* quare infinitum, *Thesaurum immutabilem, Thesaurum non deficiemem,* (Luc. 12. 33.) qui est JESUS CHRISTUS ipse: cætera omnia nihil fac, et die cum S. Ignatio Martire: *Tantum Christo fruar!*

DIES XXII.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Beatitude nostra.

Punctum I.

Considera, te in sacrosancto Missæ Sacrificio accepisse eundem JESUM, qui in Cœlis cum Patre et S. Spiritu felices facit Angelos et Sanctos; quique Divinitatis sue contemplatione, animas; corpora vero, aspectu sue Humanitatis beat: unde sequitur, te accepisse illum ipsum, qui omnis nostra *Beatitude* est, cum nostræ tum essentialis, tum accidentalis

Beatitudinis sit objectum. Euge anima ! te Angelorum Sanctorumque gaudio socia, et cum iis Dominum JESUM, omnis Beatitudinis auctorem et fontem, honore, adoratione, amore, gratificatione prosequere : Laudate Dominum de Caelis ; laudate eum in excelsis : laudate eum omnes Angeli ejus ; laudate eum omnes Virtutes ejus. (Psalm. 148. 1. et 2.)

Punctum II.

Considera, JESUM in Eucharistia nostram esse Beatitudinem, non tantum pro aeternitate, sed et pro tempore : ipse enim universis nos malis liberat, et cumulat bonis, solusque est potens, qui impleat omnia cordis nostri desideria. Agnosce errorem illorum hominum, qui in iis, quae mundi sunt, suam ponunt Beatitudinem : felices cestimant hos omnes, qui opibus abundant, ad honores evecti sunt, voluptatibus potiuntur. *Beatum dixerunt populum, cui haec sunt,* (Psalm. 148. 15.) sed falluntur : *Beatus populus, cuius Dominus Deus ejus.* (Ibid.) Hac tu, mea anima, Beatitudine gaude, hac fruere, diligentiusque eam conserva, quam omnes totius mundi thesauros.

DIES XXIII.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Gloria nostra.

Punctum I.

Considera, nos nihil prorsus ex nobis habere, unde gloriemur : nihil enim sumus, nihil possidemus, nihil scimus, nihil possumus : *Pro me, inquit magnus*

Apostolus, *nihil gloriabor.* (2. Cor. 12. 5.) Verum, quantum in nobis habemus, quo humiliemur, tantum habemus in JESU, quo gloriemur : hinc idem S. Apostolus : *Gloriamur, ait, in CHRISTO JESU ;* (Phil. 3. 3.) namque is ipse est, a quo accepimus totum quod sumus, et totum quod habemus ; qui noster Deus est, nos autem populus ejus ; qui nostrum Caput est, nos autem membra ejus ; qui noster summus Sacerdos est, nos autem ministri ejus ; qui est infinitæ magnitudinis, qui ubique terrarum adoratur, cuius pedibus advolvuntur Reges, qui prope adest nobis. Sic est : *solus Tu, Domine, Gloria mea :* (Psalm. 3. 3.) Extra te omnia ignobilia sunt, abjecta omnia. o Qualis quantusque honor mihi est, tamquam tuo Ministro, ad Altare tuum introire, te sumere, te possidere, tecum uniri !

Punctum II.

Considera, JESUM non solummodo esse Gloriam nostram in Divinitatis sua splendore, in virtutum miraculorumque suorum claritate, in suorum hostium expugnatione, in suis Mysteriis glorioisis, verum etiam in humilitate sua Incarnationis ; in paupertate, quam sibi elegit ; in miseria, quibus se subjecit ; in opprobriis, que tulit ; in tormentis, que passus est ; in morte Crucis, quam nostra causa subiit ; etenim JESU humiliations origo sunt et principium propriæ sua Glorie et simul nostre. Eodem ergo zelo, quo S. Paulus, accensis dicamus : *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri JESU CHRISTI.* (Gal. 6. 14.) Gloriemur in contemptuum, contradictionum, inopie, omniumque vite malorum propter JESUM CHRISTUM tolerantia : atque in hac animi dispositione ad Altare accedamus.

DIES XXIII.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Gaudium nostrum.

Punctum I.

Considera, JESUM, qui in Eucharistia omnis nostra Gloria est, in eadem omne nostrum esse *Gaudium*: idem namque JESUS est, qui Prophetas et Patriarchas exhilaravit futuri sui adventus revelatione, sicut ipse Iudeis assernit: *Abraham Pater vester exultavit, ut videret diem meum; vidit, et gavisus est;* (Joan. 8. 56.) Idem, qui fecit, ut exultaret Spiritus B. V. Mariæ, cum in utero ejus incarnatus est; idem, cuius nativitatem, tamquam gandii magni causam, Angeli annuntiarunt; idem, quem postquam resurrexerat, tanta cum lætitia reviderunt Apostoli. Gaude igitur communī hoc gaudio, et exulta, o anima, quæ illum JESUM possides! Deliciae ejus sunt esse tecum; sint et tuæ cum ipso esse. Mi JESU! omne meum in terra *Gaudium eris: Melior est dies una in atris tuis, super milia.* (Psalm. 83. 11.) Fallax est mundi *Gaudium*, fragile, damnosum! *Gaudium* vero quod nobis ex te est, semper sincerum, solidum et sanctum est: *Quapropter, latabor et exultabo in te.* (Psalm. 9. 2.)

Punctum II.

Considera, JESUM in Eucharistia *Gaudii* nostri causam quoque debere esse ob spem, in qua sumus, fore ut ipso aliquando perfruamur in Cœlo: *Spe gaudentes* (Rom. 12. 12.) Quanta est lætitia Sanctorum,

qui jam ipsum possident! quo voluptatis torrente non sunt inebrati! quantum etiam nostrum erit gaudium, quando liberati de corpore mortis hujus, Deum nostrum videbimus facie ad faciem! An ex nunc spes tanti poni nos delectat? aliquid solaminis affert nostris miseriis? An ferventiores et fortiores nos efficit? Hac spe Apostolos suos saepè incitabat Jesus: *Tristitia vestra vertetur in Gaudium. Gaudete, et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in Cœlis.* (Matt. 5. 42. et Jois 16.) Frequenter et nos id cogitemus, atque spem illam in nobis resuscitemus, cujus nunc possidemus pignus. o JESU! esto *Gaudium* meum in Cœlo, sicut et in terra.

DIES XXIV.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Hereditas nostra.

Punctum I.

Considera, si Deus in Veteri Lege se *Hæreditatem* Ministrorum suorum dixerit: *Ego pars et Hæreditas tua;* (Num. 18. 20.) JESUM potiori jure, *Hæreditatem* nostram esse, quoniam cum ipso fœdus pepigimus multo sanctius, quam erat Iudaeorum. Præterea, quando tensura fuimus insigniti, ipsum *Hæreditatem* nostram solemniter elegimus, his verbis: *Dominus pars Hæreditatis meæ et Canticis mei; tu es qui restitues Hæreditatem meam mihi.* (Psalm. 15. 5.) o Quam nobilis est haec *Hæreditas!* quam præcellens! vere *Hæreditas mea præclara est mihi.* (Ibid. 6.) Quantam hactenus ex ista non collegimus bonorum abundantiam, et deinceps sperare non licet? Itaque, hanc *Hæreditatem* pluris faciamus quam omnes mundi

thesauros, ejusque possessione magis, quam illa re alia habemur, ad laborando assidue, ut illa indies magis nobis prospicit: quo enim diligentiores adhibuerimus conatum, eo pleniorem referemus gratiarum mensuram.

Punctum II.

Considera, quemadmodum Deus in Legi Veteri sessa Ministris suis non dedit *Hæreditatem*, nisi postquam filii mandarant, ut renuntiarent omni possessioni in terra Filiorum Israel: *In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos*; (Num. 18. 20.) Ita JESUM non posse *Hæreditatem* nostram esse, nisi, saltem corde et affectu renuntiemus mundo et omnibus aëculi vanitatibus: tam sacra enim *Hæritas*, qualis Jesus est non patitur sibi uniri profanas *Hæreditates*, quæ cum affectione retinentur. Examina, quis tibi circa hujus mundi bona sit animus: nonne istis occuparis nimium? An necessariis es contentus? Numquid non aliis, te ditionibus, invides: Nihilne in inordinato affectu possides? Esne paratus pro JESU abdicare omnia? Dic igitur: *Quid mihi est in Carlo, et a te quid volui super terram?* Deus cordis mei, et pars mea, Deus in eternum. (Psalm. 72. 25. et 26.)

DIES XXIV.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, nobis *Omnia*.

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia nobis esse *Omnia*; sive quia Deus, illum nobis tradens, *Cum illo omnia nobis donavit*; (Rom. 8. 32.) Sive, quia in omnibus nostris necessitatibus ille unus nobis sufficit; sive, quia solus nobis post mortem superest. Igitur, quando ipsum possides omnia possides; si vero ipsum non possides, quantumvis mundum lucratus essem universum, nihil possides: nam extra JESUM, *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas*. (Eccles. 12. 8.) Eja, JESU, qui tibi *Omnia* est, debita venerationis cultum exhibe! gaude ejus possessione; offer ipsi omnes tuas cogitationes, omnes affectus, omnia opera, omnia vita tua momenta.

Punctum II.

Considera, cum tibi JESUS sit *Omnia*, aliud præter ipsum a te quereri, a te amari non posse, universaque extra ipsum tibi esse contemnda. Hoc unum tibi curæ sit, ut ipsi placeas, ut ejus gratia non excidas, ut facias omnia, quibus ipsum in eternitate possideas, *Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* (Matt. 16. 26.) o JESU! tu solus eris imposterum totæ divitiae meæ, totum bonum meum, tota consolatio mea, omnis spes, omne gaudium, omnis amor meus; cetera, pro nihilo habeo: *Deus meus, et omnia!*

DIES XXV.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Donum Dei hominibus.

Punctum I.

Considera, JESUM, in Eucharistia esse *Donum* pre-tiosissimum, quod Deus umquam est largitus et largiri potest hominibus. Filius ejus est unicus, in quo sibi æternum complacet; est figura substantiae ejus, ejus imago, ejus Verbum per omnia ipsi simile, et unus idemque cum ipso Deus. o Anima mea! Si scires *Donum* Dei, (Joan. 4. 10.) ejus excellentiam, pretium, necessitatem, omnia, quæ complectitur, bona loquantur arderes ad illud accipendum! Domine, adauge nobis fidem, (Luc. 17. 5.) ut te noscentes, qualis reipsa es, te omni veneratione, omni puritate, omni amore, quo dignus es, suscipiamus.

Punctum II.

Considera, JESUM a Deo hominibus datum fuisse in diversis Mysteriis: in Eucharistia vero, dari cum omni plenitudine omnium suorum Mysteriorum, meritorum et perfectionum. JESUS nobis datus in sua Nativitate, vita et mortis suæ merita nequid consummaverat; datus in sua Morte, nequid vita suæ novæ dignitate, potentia, divitias eminebat; datus in sua Resurrectione et Ascensione, absconditus in Deo et sublatus hominibus videbatur: ast in Eucharistia, nihil quidquam de suo in Deo recessu, nihil de vita suæ novæ abundantia, nihil de sua Majestate deperdens, in illa datur nobis, velut om-

nium suorum statuum et Mysteriorum complemen-tum. o Sapientiam ! o Amorem ! o Magnificentiam Dei mei ! *Gratias* Deo super inenarrabili dono ejus. (2 Cor. 9. 15.) Quoties *Donum* hoc, mihi Deus, imper-tivisti, et quidem hac quoque die impetrare vis mihi indigno, qui illo tam parum proficio: et te offendio indies! Ah! si quis alius certe ego jure meritissimo dicere possum: *Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia.* (Rom. 5. 20.)

DIES XXV.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Donum hominum Deo.

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia esse solum *Do-num*, quod Deo sit dignum, quodque homines Deo offerre possint; quia aliud quodlibet *Donum* semper limitatum est, et aliquo defectu mixtum, ac proinde inferius tum Sanctitate, tum Majestate Dei, cuius omnes Perfectiones sunt infinitæ. Hinc omnes nos-træ cogitationes, omnia verba nostra, amor noster, actiones nostræ, bona nostra, et ipsa nostra vita, non sunt dona satis pura, satisque præstantia, quæ sola Deo offerantur; ideoque ipsi placuit dare nobis Fi-lium suum, sibi consubstantiale, quem ipsi offerre possumus, ut debitum ipsi honorem, subjectionem et amorem exhibeamus. *Gratias* Deo age, quod tibi subministraverit modum adeo facilem complendi quidquid ipsi debes. Et, quoniam nunc in corde tuo habes JESUM, possides unicum Dei Filium; *Per ip-sum ergo offer hostiam laudis Deo.* (Heb. 13. 15.)

ne melioris misericordie in regnante misere melius
metas habemus. o Punctum II.

Considera, JESUM, cum nobis totus ab æterno Patre
in Eucharistia sit datus, totum devenisse nostrum,
ac totum cedere in nostrum commodum, in tantum,
ut liceat nobis adhibere ipsum ad res omnes, quas
erga suum Patrem gerendas habemus; puta, ad
mentes nostras in Deum Patrem elevandas, ad eum
adorandum, laudandum, invocandum, placandum,
amandum: JESUS enim laus nostra est, et gratiarum
actio, pax nostra, amor noster; neque ullum ex omnibus
istis debitis obsequiis a nobis acceptat Deus,
nisi in quantum suo Filio sumus coadunati. o Mi
Deus! adoro te, gratias ago tibi, amo te, imploro te,
offerò me tibi per JESUM, cum IESU, quemadmodum
in Sancto Missæ Sacrificio facit Ecclesia: *Per ipsum,*
et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in
unitate Spiritus Sancti, omnishonor et gloria; et quemadmodum
in Cœlo faciunt omnes Angeli et Sancti:
In conspectu Agni adoraverunt Deum dicentes,
Amen. (Apoc. 7., 9. et 12.)

DIES XXVI.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Finis noster.*

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia esse *Finem no-*
strum ultimum: et sicut omnes creature in suum
quoque *Finem*, fortiter inclinant, quia in illo inven-
niunt omnem quietem, pacem et felicitatem, cuius
sunt capaces; ita oportere etiam nos ardentí premi

desiderio appropinquandi in hoc divino Sacramento
ad JESUM, tamquam ad nostrum *Finem*, ut in ipso
nostram tranquillitatem, consolationem, et felici-
tatem reperiamus. *Interim qui fit, ut adeo tepidi, adeo*
indifferentes simus? Eheu! quia JESUM non habe-
mus pro solo et unico nostro *Fine*, quia in JESUM non
credimus. Ah! *Notum fac mihi, Domine, Finem meum,*
(Psalm. 38. 5.) Ut non nisi ad te cum Propheta suspi-
rem: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* (Psalm. 41. 1.)

Punctum II.

Considera, sicut Eucharistia *Finis* est omnium
aliorum Sacramentorum, quia haec præ cæteris ins-
tituta sunt, ut ad illam disponamur; ita JESUM in
Eucharistia, debere esse *Finem* omnium nostrarum
cogitationum, verborum et operum; adeo ut nihil
nos facere, dicere aut cogitare oporteat, nisi unde
disponamur, ut ipsum quotidie in Altari offeramus
et recipiamus; conformiter ad hoc S. Pauli monitum:
omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia
in nomine Domini nostri JESU CHRISTI (Col. 3. 17.)
sic sane vita nostra foret continua ad S. Missæ Sacri-
ficiūm præparatio: sed quantum absimus ab hac
praxi! omnia pene vel pro mundo agimus, vel saltē
absque ulla ad JESUM attentione. o JESU! nihil post-
hoc facere volo, nisi pro te: tu mihi solus omnium
mearum functionum, actionum et curarum eris
Finis.

DIES XXVI.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Exemplar nostrum.

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia esse omnium virtutum *Exemplar*, quod Pater nobis ad imitationem proponit; cum nulla omnino sit virtus, cuius nobis in hoc Sacramento non præbeat exemplum, et de qua dicere nequeat, quod de mansuetudine et humilitate aliquando dixit: *Discite a me in hoc Sacramento, non tantum quia misericordia sum et humilis corde, sed etiam, quia patiens sum, benignus, obediens, etc.* (Matt. 11. 29.) Itaque Divinum illud *Exemplar*, dum ejus frueris presentia, consule, in illud animum intende, illius mirare Perfectionem et Sanctitatem; erubescere, quod tam procul ab illo distes, illique propius accedere stude. Non alia de causa exemplum tibi dedit JESUS, quam ut imiteris: *Exemplum enim; inquit, dedi vobis ut quemadmodum ego feci, ita et vos facietis.* (Joan. 13. 15.)

Punctum II.

Considera JESUM in Eucharistia *Exemplar* esse, quod omnes, quarum ille nobis præbet exemplum, virtutes communicat; nempe, non solum nobis ostendendo, quid sit faciendum, sed etiam ad faciendum gratias et vires largiter suppeditando: atque in eum finem sese jam tibi in Altari dedit. o Mi JESU! quantum tibi debo, quia me auxilio gratiae tuae, sine qua nihil possum, tam benigne sustentas? Merito me ti-

bi similiorem esse oportet, quam re ipsa sum, cum te in Altari repræsentem quotidie, et hæc tua sit voluntas, ut Minister tuus te sequatur: *Si quis mihi ministrat, me sequatur.* (Joan. 12. 26.) Ah! Trahe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum. (Cant. 1. 3.)

DIES XXVII.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Potentia.

Punctum I.

Considera, JESUM in hoc Sacramento egregie suam *Potentiam* exercere; non quidem in nihilum, velut in rerum omnium creatione; non etiam in pulverem et cinerem, velut in resuscitatione mortuorum non denique in Colum, terram et elementa, velut in tot aliis Miraculis, quæ patravit: sed in proprium suum Corpus, Divinitati unitum, gloriosum et immortale; illud scilicet in terra detinendo expers splendoris, et sub speciebus inanimatis reconditum. Enim vero hoc Corpus, cum sit Divinitati unitum, in Cœlo esse: cum sit gloriosum, coruscare splendore; cum sit immortale, totum apparere activum oporteret: at contra, JESUS mirabil sua *Potentia*, et infinita erga nos charitate efficit, ut in nostris Tabernaculis oclusum, sub Sacramentalium Specierum velo latitet. Obstupescere, et JESU *Potentiam* in hoc Mysterio agnoscere. O divine mi JESU! Vere Subest tibi, cum volueris, posse. (Sap. 12. 18.) Quoniam autem mei gratia factu impossibilia facis, nonne saltem gratis tui difficultiora factu mihi forent facienda? Interim vix, ad me vicendum, facilissim me subjicio exercitiis, vix le-

vissimos adhibeo conatus. Pro pudor! humilia te sub omnipotenti Manu Dei, ipsumque ora, ut virtute sue gratiae passionum tuarum sistat torrentem.

Punctum II.

Considera, JESU Potentiam in hoc Mysterio adhuc amplius eminere, quod nimurum haec omnia prodigia faciat non per se ipsum, veluti in ultima Cena, sed per Sacerdotes, qui homines sunt infirmi, mortales, peccatores, et quidem non raro gravioribus inquinati peccatis, quibus confert omnem suam Potentiam; quam non eorum probat, merito, aut fidei annexit, sed Ordinis, quo insigniti sunt, characteri; in tantum, ut quovis tempore et loco, in quocumque statu sint constituti, celebrare valeant, et ipse ad simplicem eorum vocem absque ulla mora, in Altari praesentem se sistat. Glorifica Deum, qui dedit potestatem talem hominibus; (Matt. 9. 8.) et tibi speciatim, qui illius es adeo indignus. Expende, quomodo hucusque tam prodigiosa potestate sis usus, eaque formida abuti imposterum: nam, *Cui multum datum est, multum quaretur ab eo.* (Luc. 12. 48.)

DIES XXVII.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Sapientia.

Punctum I.

Considera, JESU Sapientiam multum apparuisse in Incarnatione; eo quod, cum nec Deus pati posset, nec merus Homo infinitam reparare injuriam, Homo

factus sit, ut et qua Deus, condigne satisfacere; et qua Homo, pro rata offendæ pati posset. Verum, non minus JESU Sapientia in Eucharistia manifestatur; quia, quandoquidem nec in propria sua specie manducari, nec aliunde solus panis animabus nostris quidquam prodesse potest, sese sub Panis Vinique speciebus abscondit, ut suo Corpore et Sanguine nutriamur. *Omnia in Sapientia fecisti,* (Ps. 103. 24.) mi JESU sed nunquam mirabilior Sapientia tua extitit, quam dum hunc modum reperisti, quo te dares hominibus. Ah! cur ego quoque non sat ingeniosus sum in adveniens modis, quibus te colam et amem? Ego, inquam, qui, ut rebus meis et commodis consulam, tot modos invenio? Domine JESU, *Da mihi sedium tuarum assistricem Sapientiam, ut tecum sit, et tecum laboret.* (Sap. 9. 4. et 10.)

Punctum II.

Considera, JESUM, si exhibuisset se radiantem gloria et majestate, quæ sibi sunt propria, animabus incussurum fuisse terrorem; unde plures ex iis horro percussæ, non ausa fuissent ipsi appropinquare. Propterea infinita sua Sapientia ipsi suggestit viam, qua nobis se traderet modo, quam poterat, intimo, ac simul immuni ab omni ratione formidinis; nimur, instituendo SS. Eucharistiae Sacramentum, in quo ipsum tanta securitate, tantaque facilitate recipimus. O quam apposite de Dei Sapientia dictum est: *Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter.* (Sap. 8. 1.) Gratias age JESU, quod tibi tam facilem ad se accessum fecerit; cave tamen, ne ejus bonitas vel tantillum minuat metum et reverentiam, quæ ipsi debes. *Servite Domino in timore et exultate et cum tremore.* (Ps. 2. 11.)

DIES XXVIII.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Bonitas.*

Punctum I.

Considera, Deum sese creaturis suis in triplici ordine communicasse: in ordine *Nature*, per Creationem, eos suæ Essentiae faciendo participes; in ordine *Gratiae*, per Sanctificationem, animabus imaginem quamdam Sanctitatis imprimendo; in ordine *Glorie*, divina sua Charitate consummando felicem Beatorum sortem: JESUS vero novum adinvenit medium, quo se nobis peculiari modo communicaret, dando vide- licet se ipsum, qui fons est omnis boni et omnis perfectionis: atque id ipsum est, quod in Eucharistia præstat. *Bonus es tu*, (Ps 118. 68.) mi JESU! at vero quis ego sum? Quid de te tantum merui, ut mihi temetipsum et quidquid es largiaris? Gratiarum tuarum minima, simplex oculorum ictus, mihi quidem vermiculo, immensam tuam demonstraret *Bonitatem*: felicem me cum Cananite ducerem, si ex mensa tua mihi darentur mīce. Ah! neque satis mirari quo, neque laudare satis infinitam tuam erga me *Bonitatem*: imo vero confundor, mi Deus, eaque me plane indignum profiteor.

Punctum II.

Considera, tametsi JESUM *Bonitatem* suam erga omnes, sine exceptione personarum, exhibeat, quia nos omnes ad bonum excitat, et avocat a malo: ipsum tamen sese speciali modo præbere iis, qui in illum sperant, et illum querunt: *Bonus est Dominus*

sperantibus in eum, animæ querenti illum (Thren. 3. 25.) Cum bonus bonus est, seque nobis eo tradit liberalius, quo illi nosmetipsos liberalius donamus. Pande igitur ipsi cor tuum, ut in illud divitias suæ *Bonitatis* effundat; cortum evacula, ut illud replete; paratus esto te totum JESU dare, ut se totum tibi det JESUS.

DIES XXVIII.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, *Amor.*

Punctum I.

Considera, sic Deum dilexisse mundum, ut *Filium suum unigenitum daret* (Jois 3. 16.), eumdemque Filium sic nos dilexisse, ut se et singulis nostrum in Eucharistia dederit: neque eum, sive nostra merita, sive propria sua commoda moverunt ad se nobis tam gratiore dandum, sed solus *Amor*, quo erga nos afficitur; *Amor*, inquam, qui imaginationem nostram longe superat, et tanto est mirabilior, quia illi sæpius nil nisi animum ingratum reddimus. A te jam querit JESUS, quod olim a S. Petro: *Amas me*, (Joan. 21. 17.) qui te tantopere amavi? Vide, an factis magis, quam dictis ipsi responderem possis: *Domine, tu scis, quia amo te.* (Ibid.) Imo, mi JESU, amo te, et amplius te amare desidero: inflamma sacro *Amoris* tui igne cor meum, et ne patere, ut ullam rem creatam amem plus quam te, vel etiam sicut te.

Punctum II.

Considera, quam prodigiosus sit *Amor*, quem JESUS erga nos in hoc Sacramento testatur. Profecto, si serio

expendamus donum quod nobis largitur ; finem, ob quem largitur ; et tempus modumque, quibus largitur, comperiemus, nullam ex his esse circumstantiam, quae digne perpensa non spiret summum *Amorem*, et nos in admirationem non rapiat. *Enim vero*, largitur nobis *Iesus* se ipsum ; largitur, ut testetur se nos amare ; largitur, jam jam pro nobis moriturus ; largitur denique, vehementissimo affectu, ut nobis sit alimento. O *Amor Iesu* ! quam parum es cognitus ! quis latitudinem, et longitudinem, et sublimitatem, et profundum tui *Amoris* comprehendere possit ! Ah ! mi *Iesu* amantissime, utinam habeam omnium Angelorum Sanctorumque Amorem, ut tantum te amem, quantum te illi simul amant ! saltem ex omnibus viribus meis Amare te volo, et ubique et semper meum in te testari Amorem. *Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema.* (1. Cor. 16. 22.)

DIES XXIX.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Obedientia.

Punctum I.

Considera, non suffecisse *Iesu* sese subjicere morti Crucis, ut Patris sui præceptio pareret : in Eucharistia enim suam quoque *Obedientiam*, et quidem manifestius, ostendit ; dum nemque in illa, ad vocem celebrantis, statim præsentem se exhibet : *Obediente Domino voci hominis* ; (Jos. 10. 14.) dum se intra arcuissimos hostiæ limites continet, numquam inde sua sponte egressurus, quantumvis non secus in hoc, quam in sue Passionis Mysterio, variis et gravissi-

mis injuriis sit afficiendus : dum sinit se a Sacerdote contrectari et quolibet reponi loco. O *Obedientiam* inauditam et incomparabilem ! Creator omnipotens infirmæ creaturæ, Dominus servo, Sanctus Sanctorum homini peccatori se subjicit ! quantum, eheu ! adeo præclarum *Obedientie* exemplum confundit me miserum, qui tam parce, tam segniter divinis mandatis obtempero ! qua fronte ausim superbia tumens, ac semper dominandi, numquam obsequendi cupidus, ad Deum *obedientissimum* accedere ? Ah ! mi *Iesu* ! propriæ meæ voluntati renuntio, et tuis me totum submitto : *Doce me facere voluntatem tuam; quia Deus meus es tu.* (Psalm. 142. 10.)

Punctum II.

Considera, *Iesu* *Obedientiam* esse plene voluntariam : nam vineula sua dirumpere, et ejusmodi subjectione sese facile eximere potest. *Eius* igitur inseparabilis adhesio exigue abjectarum Sacramenti Specierum extensioni, omnino fit ex *Obedientia* spontanea, quam prestat voluntati Sacerdotis, licet hic ipsi quoad omnia subjiciatur. *Iesus* proinde in Eucharistia jure dicere potest, quod moriturus de sua anima, seu vita dixit : *Ego pono eam a me ipso.* (Jean. 10. 18.) Atque hec circumstantia quantum *Obedientie* *Iesu* meritum extollit, tantum nos suffundit pudore, quid enim ? An post hujusmodi obtemperantiae exemplum, nos adhuc decet tanta esse repugnantia ad nostris parentum superioribus ? An eorum iussa non nisi difficulter, obmurmurantes scilicet et conquerentes, exequi ? An nos ipsis ex mera necessitate subdere, quia nimirum *Obedientia* nos subtrahere nequimus ? Statuamus superioribus nostris imposturum obedire, *Ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo* ; (Eph. 6. 6.) Et in illis, non homines,

sed Deum intuentes ; ut ita conformemur Magistro nostro Iesu. In hoc porro spiritu *Obedientiae* introeamus ad Altare Dei.

DIES XXIX.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Patientia.

Punctum I.

Considera, JESUM in Eucharistia pergere eamdem exercere *Patientiam*, quam in vita sua ad mortem usque præstítit. In Eucharistia namque, non solum suffert modicam illam, quæ ipsi a plerisque Christianis, imo et Sacerdotibus exhibetur, fidem, veneracionem et devotionem ; sed etiam, omnes irreverentias et immodestias, quæ coram ipso committuntur; quin ipsas quoque profanationes et sacrilegia, quæ per indignas patrantur Communiones. O Sane mira Dei mei *Patientia* ! Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me : (Psalm. 68. 10.) Intime sentis, mi Iesu, contumelias, quibus in hoc sacro amoris Mysterio afficeris ; Ah ! cur injurias omnes, quas in eodem percessus es, reparare nequeo et impedire, ne adhuc novæ tibi inferantur ? Offero tibi, Deus *Patientissime*, profundissimam venerationem, quam tibi in Eucharistia indesinenter exhibent omnes Angeli et Sancti ; cultus obsequia, quibus te umquam fides tui sunt prosecuti ; debitos honores, quos tibi detulit et etiamnum desert Ecclesia : Hæc omnia suscipe in compensationem ignominiarum, tibi a quocumque hominum illatarum ; sed et meas mihi ignoscere irreverentias.

Punctum II.

Considera, Iesu *Patientiam* mirabiliter in sequentibus apparere circumstantiis ;^{1o} quod patiatur creatura vilis et contemptibili, ipse, qui Deus est ; magnitudine ac Majestate plenus, et potens statim disperdere quotquot ipsi insultant. ^{2o} Quod patiatur ab hominibus injurias atrocissimas, hoc ipso tempore, quo eos favorum omnium maximo prævenit : *Retribuebant mihi mala pro bonis.* (Psalm. 34. 12.) ^{3o} Quod patiatur a primo instanti, quo Mysterium istud instituit, et adhuc pati paratus sit. O Mi Iesu ! qui es ipsamet *Patientia*, quas tibi grates rependam pro eo quod per illam usque adeo me sustinueris ? Ah ! noli permittere, ut divinitua *Patientia*, deinceps abutat ; imo vero da, ut, dum te, qui Deus es tam benignus, tam *Patiens*, toties recipio, ad exemplum tuum contemptus et contradictiones aequo animo tolerem.

DIES XXX.

ANTE MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Paupertas.

Punctum I.

Considera, Iesu in Eucharistia *Paupertatem* : Pro habitaculo viles tantum et communes Species habet, et pluribus in locis ea *Pauperata* tractatur, ut abunde manifestet, eumdem se esse Deum, qui natus in Bethleem, fuit in præsensi et frōno positus. Verum in hoc *Paupertatis* statu infinite dives et potens est ; dominatur in Reges et Angelos, jubetque omnes, et

Coeli, et Terræ potestates supplices ad ipsum adorandum procedere, ita ut sit *Simil in unum dives et pauper.* (Ps. 48. 3.) JESUM in hoc paupere statu Deum tuum agnosce, et illius, siquidem ipsi placere vis, exemplum imitare. Memento, quid tibi in Evangelio dixerit: *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse Discipulus:* (Luc. 14. 33.) Tum vero tibi ipsi audacter exprobra tantam in supellestili, in vestitu, in omnibus ad vitam necessariis rebus superfluitatem, ubi interim Deus tuus, denudatus omnibus. *Non habet ubi caput reclinet.* (Luc. 9. 58.)

Punctum II.

Considera, JESUM in Eucharistia adeo esse Pauperem, ut nec sibi, nec pro se, sed totus nobis et pro nobis existat, ac nostri gratia non solum se bonis suis expoliari, verum etiam seipso; nempe ut de illo pro nostra disponamus voluntate, et illius Paupertate ditescamus: *Propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.* (2. Cor. 8.9.) o mi bone JESU! divitiarum, gratiarum, virtutum, meritorum tuorum me fac partipem; gravi enim egestate premor: *Evaudi me, quoniam inops et pauper sum ego.* (Ps. 85. 1.)

DIES XXX.

POST MISSAM.

Jesus, in Eucharistia, Humilitas.

Punctum I.

Considera, si JESU Humilitas multum apparuerit

in Incarnatione, quando *Semet ipsum extinxerit formam servi accipiens,* (Phil. 2. 7.) illam amplius apparet in Eucharistia, ubi se redigit ad conditionem, quæ in speciem inferior est conditioni cuiuscumque viventis creaturæ. Enimvero, Jesus in Eucharistia non nisi panis esse videtur sine vita, sine motu, sine ratione, sine agendi virtute; quodque est mirabilius, non modo in illo statu permanet, sed sibi etiam in illo complacet. Proh! quantum *Humilitas* Jesu nostram confundit superbiam! Jesus non vult videri qualis revera est; nos autem quales omnino non sumus, semper videri volumus. Agnosco, mi Deus! tuam magnitudinem, et meum nihilum; tuam potentiam, et meam infirmitatem; tuam Sanctitatem, et meam corruptionem; proindeque tantum abest, ut exinanitionem tuam erubescam, cum ei maximo per glorie. Te in illa, mi JESU, adoro, glorifico, amo: *Quanto pro me vilior, tanto mihi carior.* (S. Bern.)

Punctum II.

Considera, JESUM, quantumcumque magnum, voluisse se profundissime in Eucharistia humiliare; ad nos docendum, quod elevatio et magnitudo stare debeant cum *Humilitate;* quinimo, quo quis est major, eo magis se humiliare debeat, quia eget pluribus ad se sustinendum gratiis, quæ dumtaxat humiliibus dantur; quia amplior reddenda ipsi erit ratio; denique, quia magis tentationibus vanitatis et superbiam est expositus. Atque hinc apud Ecclesiasticum dixit Spiritus Sanctus: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam.* (Eccl. 3. 20.) JESUS nihil habebat, quod a sua magnitudine metueret, cum peccare non posset;

gratia non indigebat, cum ipse hujus fons sit : sese tamen humiliat, ut nobis, super cæteros exaltatis, ostendat, *Humilitatem esse prorsus necessariam.* JESU igitur profice exemplo, ultimum hominum te existima, *recumbe in novissimo loco,* (Luc. 14. 10.) et in eo persiste : hoc autem ut melius praestes, JESUM ora, ut *Humilitatis* sua te faciat participem.

DIES XXXI.

ANTE MISSAM.

Jesu, in Eucharistia, *Puritas.*

Punctum I.

Considera, quanta JESU in Eucharistia sit *Puritas.* Quia Deus, idem est, qui ab omni exterritate, per operationem plane spiritualem, ex Patre est natus : qua Homo, idem, qui per virtutem Spiritus Sancti formatus est ex purissima Virginis Sanguine ; idem, qui de Cœlis in terram descendit, homines docturus *Puritatis* exercitium ; qui numquam sensit illecebras concupiscentiæ ; qui omnia delevit mundi inquinamenta, nec tamen vel minimum inquinatus est : idem ipse Deus, idem Homo est, qui est, Sacerdos simul et victimæ Sacrificii, jamjam a te offrendi. Adde, quod hoc Mysterium quoque sit Sacramentum, cuius materia est frumentum purissimum, panis azymus, qui est symbolum *Puritatis* ; forma vero, Dei ipsius verba. Hæc mature perpende, et conclude, quantum oporteat esse tuam *Puritatem*, ut oculis aspicias, manibus attrices, offeras et summas JESUM, qui est ipsamet *Puritas.* Sel heu ! quam hic cœcūtimus ? tu interim attende, ne ad Altare accedas, priusquam conscientiam tuam super hoc

puncto accurate fueris scrutatus ; tibique persuade, minimas saepe sensualitates, esse vitia gravia, et infinite displicere Deo, *Qui pascitur inter lilia.* (Cant. 2. 16.)

Punctum II.

Considera, JESUM non deditiari in Eucharistia suam *Puritatem* nobis communicare, qui unus est ex præcipuis hujus Sacramenti effectibus, designatus hisce Prophetae Zacharia verbis : *Quid enim bonum ejus, et quid pulchrum ejus, nisi Frumentum Electorum, et Vinum germinans Virgines?* (Zach. 9. 17.) Hic effectus oritur ex unione Virginum Carnis JESU cum nostra : si namque Hostia, quæ in Lege Veteri offerebatur pro peccato, poterat sanctificare quidquid attingebat, quomodo JESU Caro, quæ tam pura est Hostia, non sanctificaret corpus cum ea unitum ? Praeterea, cum hujus Sacramenti effectus sit angere charitatem, sequitur, quod concupiscentiam minuat. o Quam indiges potenti illo præsidio, ut acquiras virtutem adeo arduam *Puritatis* ? Qua ratione eam hactenus, absque frequenti hujus Mysterii participatione, conservasses ? Si tentationi non succubuisti, JESU Corpori et Sanguini acceptum id refer : eadem cum fiducia accede, ut et te sustentent imposterum, atque a Domino cor purum pete.

DIES XXXI.

POST MISSAM

Jesus, in Eucharistia, *Perseverantia.*

ALERE FLAMMAM Punctum I.

VERITATIS

Considera, JESU in Eucharistia *Perseverantiam*; ex quo tempore hoc Sacramentum instituit, semper in eo vere et realiter habitavit. Reliqua Sacra menta in actione transeunte consistunt; hoc autem in se permanens est atque *perpetuum*. In hoc non cessat JESUS Patrem suum glorificare, ipsi de collatis beneficiis gratias agere, ipsum pro nobis orare, applicare nobis fructum sue satisfactionis: et sicut usque ad consummationem sæculi non cessabit in hoc Sacramento habitare, secundum id quod pollicitus est: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi:* (Matt. 28. 20.) Ita, nec in illo cessabit id ipsum nostri gratia continuo præstare. Mirare *Perseverantem* JESU in Eucharistia tecum habitationem, ad suos in te continuandos favores; grates ipsi repende: sed simul erubesce, quoniam *Ecce! qui serviant ei non sunt stabiles.* (Job. 4. 18.) Quanta se mutabilitas, quanta inconstancia in tua vita manifestat! hoc forte momento aliquantulum devotionis sentis, te colligis, sanctos foves affectus; verum momento sequenti, tibi nihil horum supererit? Ah! minime, mi JESU! minime; mori mihi satius est, quam ut tibi sim infidelis: *Ego autem dixi in abundantia mea: non movebor in æternum.* (Ps. 29. 7.)

Punctum II.

Considera, JESUM in Eucharistia, non esse dumtaxat nobis exemplar *Perseverantie*, verum etiam *Perseverantiae causam*: 1º. quia, cum sit cibus animæ nostræ, in hac alit et conservat spiritualem vitam gratiæ, sicut nutrimenta vitam corporalem sustentant. 2º. Quia nos tuerit a peccatis mortalibus, quæ sola nobis eripiunt gratiam. 3º. Quia actualia subministrat auxilia ad superandas tentationes, et ad Perseverandum. Quantum igitur JESU sumus adstricti, quod nobis tam efficacis perseverandi præbuerit remedium! Gratias ipsi refer protanto favore; time, ne per frequentiores relapsus sis illo abusus; de tuis infidelitatibus dole et a Deo donum *Perseverantiae* postula. Ah! mi JESU! mi Deus! *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea.* (Ps. 16. 5.)

MISSA VOTIVA	COLOR.	MISSA.	GLORIA.	ORATIONES
De SS. Trinit.	Albus.	propria in fine Missalis.	omittitur	2 et 3 die currentis
De Spiritu Sancto.	Rubeus.	id.	id.	id.
De SS. Sacra- mento.	Albus.	id.	id.	id.
De SS. Pas- sione.	Violaceus.	id.	id.	id.
De Sancta Crucis.	Rubeus.	id.	id.	id.
De B. Virg. Maria.	Albus.	id.	dicitur tan- tum in Sab- bato et infra Oct. B.M.V.	2 die cui rentis, 3 de Spi- ritu S.
De Angelis	Albus.	id.	dicitur.	2 et 3 die currentis
De Apostolis	Rubeus.	id.	omittitur	id.
Pro quacumq. necess.	Violaceus.	id.	id.	id.
Pro remiss peccat.	Violaceus.	id.	id.	id.
Pro infirmis.	Violaceus.	id.	id.	id.
Pro sposo et sponsa.	Albus.	id.	id.	id.
De Sanctis.	Ut in eorum Festis.	propria aut communis.	id.	id.
Pro defunctis.	Niger.	propria.	id.	una vel plures.

CREDIO.	PREFATIO.	COMMUNI- CANTES.	ITIS MISSA EST VOTI BENEDI- CAMUS DOMINO.	ULT. EVANG.
omitti- tur.	propria.	Commune vel proprium de illo tempore.	Benedicamus Domino.	S. Joannis
id.	propria.	id.	id.	id.
id.	de Mativ. Dominii.	id.	id.	id.
id.	de Cruce.	id.	id.	id.
id.	de Cruce.	id.	id.	id.
id.	propria.	id.	Ita Missa est, in Sabbato et infra Oct. B. M. V.	id.
id.	communis.	id.	Ita Missa est.	id.
id.	de Apostolis.	id.	Benedicamus Domino.	id.
id.	communis.	id.	id.	id.
id.	id.	id.	id.	id.
id.	id.	id.	id.	id.
id.	propria. aut communis.	id.	id.	id.
id.	communis.	commune	Requiescant in pace.	id.

IV. Qui una tantum manu Calicem portant, ei non imposita dextera, et qui sub Missa Pallam e Calice in Altare non deponunt sed potius projiciunt.

V. Qui alternatim cum Ministro recitantes, prænimia festinatione finem responsi non expectant.

VI. Qui dicturi *Oremus* ante Collectas, prævie manus non jungunt, vel qui post earum extensionem illas denuo non conjungunt, antequam incipiunt Orationem. Item qui sub conclusione Collectarum accelerationis causa vertunt folia Missalis, ante responsum *Amen* a Ministro.

VII. Qui conversi infra Missam ad populum a tergo Altari innituntur, vel qui adstantes oculis attingunt. Hæc libertas est admodum scandalosa, et magnæ dissipationis argumentum.

VIII. Qui inclinati vel Altare osculantes antequam flectant, vel se ad populum convertunt, prius non se corpore et capite erigunt, quam incipiunt flectere vel ad populum se convertere.

IX. Qui flectentes sub *Et Homo factus est*, vel ante et post elevationem Specierum, caput inclinant infra genuflexionem. Idem dic de iis, qui ante initium Missæ, et post illius finem, facta ad gradus Altaris genuflexione seu profunda corporis inclinatione, erecti, capitis inflexione Crucem denuo salutant.

X. Qui se signantes non apponunt manum sinistram ad corpus, et extremitate dextera frontem, pectus et utrumque humerum physice non tangunt. Errant quoque qui, dum signant Oblata, nullam Crucem delineant, sed insulsa et ridicula manus varicatione signum cuiusdam rotæ exhibit, quam *S. Vincentius Ferrerius* « circulum diaboli » appellat.

XI. Qui non servant tempus et locum ad legendum, vel ad ritus exercendos, v. g. qui dicunt *Kyrie eleison* in itinere, et antequam ad medium Altaris pervenerint, qui Cruces formant non præcise sub

APPENDIX *

EX OPERIBUS LITURGICIS R. D. ROMSEE.

ad calcem Tomi I,

DE DEFECTIBUS MAGIS COMMUNIBUS IN CELEBRATIONE MISSÆ.

I. Quilevi ex causa Missam prætermittunt, aut qui raro per annum celebrant. Hic neglectus multiplici bono obest; nam, ut ait Auctor Imitationis Christi Lib. 4. cap. 2. *Quando Sacerdos devote celebrat, Deum honorat, Angelos laetificat, Ecclesiam adificat, vivos adjuvat, defunctis requiem præstat, et sese omnium bonorum participem efficit.*

II. Qui absque debit is et pliis præparationibus, licet ex præviis occupationibus pleni forsan dissipatione, ad Aram accedere non dubitant. Ad hos Sapiens: *Ante orationem præpara animam tuam, et noli esse quasi homo, qui tentat Deum.*

III. Qui paramentis laceris et linteis sordidis ad Missam utuntur, qui iisdem paramentis indecenter et incompositæ se accingunt, qui eadem induentes, vel iisdem induiti, vanis et inutilibus colloquiis se occupant, qui preces, dum induuntur, præscriptas negligunt, vel absque attentione eas recitant.

* Utilissimum erit hanc appendicem sepius legere, ne malæ consuetudines in celebratione Divinorum Mysteriorum contrahantur.

verbis iis respondentibus. Qui dicunt *Unde et memores*, antequam ab ultima adoratione Calicis se exererint. Qui recitant Communionem in medio Altaris.

XII. Qui absque ullo religionis apparatu, imo et cum gravi fidelium offensione, ita praecipitanter incedunt, et ad Altare se movent, ut malo spiritu agitari videantur. Qui ita festinanter genuflectunt, ut actum derisionis potius quam adorationis exercere videantur. Et qui ita velociter signant Oblata, ut credantur muscas a Speciebus abigere, et non ritum sacrum agere.

XIII. Qui stantes ad Altare, vel incedentes aut genuflectentes, corpus et caput continuo contorquent. Qui extra casum gravis incommodi seu impossibilitatis moralis, ad formandas genuflexiones, genu usque ad terram non deprimum. Et qui incedentes, intra Altare, latus totaliter ad illud non vertunt se quasi moventes cancerorum more.

XIV. Qui Altare non osculantur in medio, sed ad latus Hostiae.

XV. Qui alta voce proferunt utrumque *Memento*, et verba Consecrationis tali, ut audiantur a circumstantibus.

XVI. Qui totum Sacrificii cursum alta voce legunt, aut tam submissa, ut ea, quæ alta voce proferri debent, non audiantur a proxime circumstantibus.

XVII. Qui verba Consecrationis pronuntiant magnis nigis, aspiratione grandi, et moram inter illa ponendo.

XVIII. Qui sub ultraque Consecratione et *Domine non sum dignus*, pedem dextrum extendunt ultra sinistrum.

XIX. Qui sacras Species non elevant ultra caput. Qui in illas, dum elevantur et deponuntur, oculos non intendent continuo. Qui elevantes Hostiam manus disjungunt, et qui Hostiam et Calicem non ele-

vant linea recta intra corporale, sed ad verticem capitum illa declinant.

XX. Qui sic continuat ter dicunt *Domine, non sum dignus*, ut necessario omittant verba sequentia *ut intres etc.* vel qui sub hac Oratione brachio indecenter Altari innixo, corpus contorquent versus cornu Epistole.

XXI. Qui ceremonias fingunt; v. g. qui immediate antequam se signent, Missam incepturn, anteriorem partem casulae elevant et deosculantur.

XXII. Qui ab Altari recedentes devote non recitant Canticum *Benedicite omnia opera*, et alias preces illi substituunt aperte contra Rubricam.

XXIII. Qui festinanter et incomposite deponunt sacras vestes, quique statim, et absque recollectione per medium ad minus quadrantis, ad fabulas, risus vel negotia mundana se convertunt.

XXIV. Qui infra Missam solemnem sedentes, crux complacent, seu qui non tenent pedes decenter juxta se invicem positos.

XXV. Tandem qui ultra medietatem unius horæ Missam communem protrahunt, non sine fastidio populi adstantis; vel (et hi longe turpis peccant) qui non insununt tertiam saltem partem unius horæ, ad celebrandam Missam licet brevissimam.

His notatis de defectibus in celebratione Missæ committi solitis, ita pergit citatus Auctor: Cum præcipitatio in Missarum celebratione sit admodum, proh dolor! frequens et ordinaria, hujus mali sub sole pessimi, causæ et remedia breviter hic requirantur.

Prima causa: est ignorantia crassa et damnabilis sacrorum Rituum et significacionis eorum, in qua multi vivunt et usque in finem insordescunt: unde fit, ut viles habeant ceremonias Ecclesie, ipsumque Altaris Mysterium indigne pertractent.

Secunda causa est vita mundana, qua terre ag-

glutinati, negotiis saecularibus distracti et pleni
creaturis, a rerum cœlestium sapore impediuntur:
homo quippe animalis non percipit ea, quæ Dei sunt.

Tertia causa est defectus veræ et vivæ fidei circa
Sacramentum Corporis et Sanguinis Iesu-Christi;
si enim lumine fidei Sacerdotes in manibus suis vi-
derent supremam Dei Majestatem, profecto timore
concussi ab omni festinatione et neglectu efficaciter
retraherentur.

Quarta causa est inconsideratio et profunda obli-
vio maledictionum horrendarum, quas Deus irreligiosis et impiis continuo intentat: *Nisi Heil,* inquit
I Reg. cap. 2, *fili Belial nescientes Dominum, neque officium Sacerdotum ad populum.* Et Jereim. XLVIII.
Maledictus dicitur omnis, qui facit opus Dei negligenter. Utque in vanum loqui non videatur, Deut.
XXVIII legitur: *Quod si audire nolueris vocem Do-
mini Dei tui ut custodias et facias omnia mandata ejus et ceremonias, quas ego principio tibi hodie, venient
super te omnes maledictiones istæ et apprehendent te.*
In remedium hujus mali exitiosi, et scandalosini nimis,
veniunt sequentia.

I. Fervens et constans applicatio; tum ut sacra-
rum cæmoniarum scientia acquiratur, tum ut ea-
rumdem sensus et rationes capiantur.

II. Perfecta cordis ab affectibus humanis purga-
tio; nam qui de mundo est, necessario cogitat que
mundi sunt, et qui de Deo est quæ sunt Dei.

III. Ante Missam seria meditatio realis Christi Do-
mini in Eucharistia presentia et professio explicita
illius veritatis, que sub ipsa Sacrifici actione menti
impressa maneat.

IV. Tandem frequens apprehensio maledictionum
divinarum, de quibus supra, et postenarrum, quibus
Deus sub veteri Testamento de minimis contra reli-

gionem peccatis vindictam quæsivit. Oza quippe ob
irreverentiam quamdam erga Arcam Foederis morte
a Deo percussus est; Nadab et Abiud, filii Aaron,
ob adhibitum in thuribulis ignem profanum, igne
consumuntur, et Deus, I. Reg. Cap. VI. percussit de
viris Bethsamatibus, eo quod curiose vidissent Arcam
Domini, de populo septuaginta viros, et quinquaginta
millia plebis. Quam igitur horrendum est Sacerdotes
irreligiosos incidere in manus Dei viventis!

Hymni

Sanctissimi Sacramenti.

Pange lingua gloriosi

Corporis mysterium,

Sanguinisque pretiosi

Quem in mundi preatum

Fructus ventris generosi

Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus

Ex intacta Virgine,

Et in mundo conversatus,

Sparso verbi semine,

Sui moras incolatus

Miro clausit ordine.

In supremae nocte cœnæ

Recumbens cum fratribus,

Observata lege plene

Cibis in legalibus,

Cibum turbæ duodena

Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum

Verbo carnem efficit;

Fitque sanguis Christi merum,

Et si sensus deficit,

Ad firmandum cor sincerum

Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum

Veneremur cernui :

Et antiquum documentum

Novo cedat ritui :

Præstet fides supplementum

Sensuum defectui.

Genitori, Genitoque

Laus et jubilatio,

Salus, honor, virtus quoque

Sit et benedictio :

Procedenti ab utroque

Compar sit laudatio.

Amen.

Sacris solemniis juncta sint gaudia.

Et ex præcordiis sonent præconia ;

Recedant vetera, nova sint omnia

Corda, voces, et opera.

Noctis recolitur cena novissima,

Qua Christus creditur agnum et azyma

Dedisse fratribus, juxta legitima

Priscis indulta patribus.

Post agnum typicum, expletis epulis,

Corpus Dominicum datum discipulis,

Sic totum omnibus, quod totum singulis,

Ejus fatemur manibus.

Dedit fragilibus Corporis ferulum,

Dedit et tristibus Sanguinis poculum,

Dicens, Accipite quod trado vasculum,

Omaes ex eo bibite.

Sic sacrificium istud instituit,

Cujus officium committi voluit

Solis Presbyteris, quibus sic congruit

Ut sumant, et dent ceteris.

Panis Angelicus fit panis hominum :

Dat panis cœlicus figuris terminum ;

O res mirabilis, manducat Dominum

Pauper servus, et humiliis.

Te trina Deitas, unaque poscimus,

Sic nos tu visita, sicut te colimus :

Per tuas semitas duc nos quo tendimus,

Ad lucem, quam inhabitas. Amen.

Verbum supernum prodiens,
Nec Patris linquens dexteram,
Ad opus suum exiens,
Venit ad vitæ vesperam.
In mortem a discipulo
Suis tradendus æmulis,
Prins in vitæ fæculo
Se tradidit discipulis.
Quibus sub bina specie
Carnem dedit et sanguinem;
Ut duplicitis substantiæ
Totum cibaret hominem.
Se nascens dedit solum,
Convalescens in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.
O salutaris Hostia,
Quæ cœli pandis ostium!
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.
Uni Trinoque Domino
Sit sempiterna gloria;
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria.

Amen.

Sequentia.

Lauda Sion Salvatorem, lauda ducem ei pastorem,
in hymnis et canticis.

Quantum potes, tantum aude; quia major omni
laude, nec laudare sufficiis.

Laudis thema specialis, panis vivus et vitalis ho
die proponitur.

Quem in sacrae mensa cœnæ, turbæ fratrum duo
densæ datum non ambigitur.

Sit laus plena, sit sonora, sit jucunda, sit decora
mentis jubilatio.

Dies enim solemnis agitur, in qua mense prima
recolitur hujus institutio.

In hac mensa novi Regis, novum Pascha novæ le
gis, Phase vetus terminat.

Vetustatem novitas, numbram fugat veritas, noc
tem lux eliminat.

Quod in cœna Christus gessit, faciendum hoc ex
pressit in sui memoriam.

Docti sacris institutis, panem, vinum in salutis
consecramus hostiam.

Dogma datur Christianis, quod in carnem transit
panis, et vinum in sanguinem.

Quod non capis, quod non vides, animosa firmat
fides, preter rerum ordinem.

Sub diversis speciebus, signis tantum, et non re
bus, latent res eximiae.

Caro cibus, sanguis potus, manet tamen Christus
totus sub utraque specie.

A sumente non concisus, non confractus, non di
visus, integer accipitur.

Sumit unus, sumunt mille: quantum isti, tan
tum ille: nec sumptus consumitur.

Sumunt boni, sumunt mali; sorte tamen inæqua
li, vite, vel interitus.

Mors est malis, vita bonis: vide paris sumptionis,
quam sit dispar exitus.

Fracto demum Sacramento, ne vacilles, sed memen
to, tantum esse sub fragmanto, quantum totu tegitur.

Nulla rei fit scissura, signi tantum fit fractura:
qua nec status, nec statuta signati minuitur.

Ecce panis Angelorum, factus cibus viatorum:
vere panis filiorum, non mittendus canibus.

In figuris præsignatur, cum Isaac immolatur:
agnus paschæ deputatur, datur manna patribus.

Bone pastor, panis vere, Jesu, nostri miserere :
tu nos pasce, nos tuere : tu nos bona fac videre in
terra viventium.

Tu, qui cuncta scis et vales, qui nos pascis hic
mortales : tuos ibi commensales, cohaeredes, et so-
dales, fac sanctorum civium. Amen. Alleluia.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hice mi consagración gral. en el Basí-
co de la Cruz del Sodó Cor. de Jesús con el P. A.
Leónidas Pérez el viernes 17 de Septiembre de 1909
en los Santos Ejercicios para mi consagración
episcopal. — MECHLINIE. — H. DESSAIN.

+ Emetario, Ob. E. de León.



2
L
e
v
u